

EX LIBRIS E. F. NOLTE M.D.

1817

E Volte

F. Meyer 1894.

[illegible]
[illegible]

D. IO. DAVIDIS SCHOEPF

SEREN. MARGGRAV. BRAND. ONOLD. ET CVLMB. MED. AVL. ET MILIT. COLL. MED. MEMBR.

MATERIA MEDICA AMERICANA

POTISSIMVM

REGNI VEGETABILIS.



ERLANGAE


SVMTIBVS IO. IAC. PALMII

MDCCLXXXVII.

Ne ſylvae quidem, horridiorque Naturae facies Medicinis carent, ſacra illa Parente rerum omnium nusquam non remedia diſponente homini, ut Medicina fieret etiam ſolitudo ipſa. — Hic nata Medicina. — Haec ſola Natura placuerat eſſe remedia *parata vulgo, inventu facilia, ac ſine impendio.*

PLIN. *Nat. hiſt. XXIV. I.*





PRAEFATIO.

Superfluum forte me ſuſcepiſſe laborem, colligendo Materiam Medicam Vegetabilem Americae Septentrionalis, qui objiciant non deerunt. Dum enim, recentiori noſtro aevo, in tam multiplicem varietatem creverit apparatus medicamentorum, et clariſſimi noſtri temporis viri omnem conferant operam, ut pharmacopolia pondere ſuperfluorum inutiliumque liberentur, nova ex altera parte continuo proponi laudarique, aeque ſaepe inertia ac futilia, plurimi, et jure quidem, conqueruntur. Ne gravius itaque illorum judicium incurram, paucis propoſiti et originem et rationem explicare neceſſe videtur. Per ſeptem fere annos in variis Americae Septentrionalis partibus degens, quod reliqui temporis horarumque ſubſecivarum habebam, rei herbariae Studio deſtinabam. Sollicitus autem, ne omnino inutili quaſi curioſitate tempus contererem,

)(2

rem, in proprium usum annotare coepi illas plantas americanas, quae minus adhuc cognitae quoad vires essent et usum. Idem feci, cum postea, pace restituta, Provincias Americanas australiores, Terram Marianam nempe, Virginiam et quae his adjacent Montium juga, utramque Carolinam, Floridam et Bahamenses Insulas visitarem; sedulo ubique quaeritavi, quaenam stirpium indigenarum in medicos usus verterentur, et quaecunque sciscitanti mihi a Medicinae Practicis, Empiricis, ruricolis, immo et vetulis, indicatae vel monstratae fuere plantae, eas omnes consignavi, et quidquid de viribus illarum eruere potui, adjeci. Sic tandem factum est, ut catalogum Simplicium longum haberem, inter quae varia omnino nova, vel paucis tantum vulgata, alia autem iam magis cognita essent. Non potui non mirari divitias, quas Optima Natura Americam inhabitantibus dedit, et liberalitatem insignem, qua ad morborum sat validum exercitum profligandum, omnia, vel *maxime necessaria quidem* adjumenta, regionibus illis longe lateque extensis subministravit; simul autem dolebam, tam multa et incomparabilia medicamenta indigena et euporista, in ipsa illa America neglecta fere, vel paucioribus tantum familiaria esse incolis. Plurimi enim, Medicinam in America exercentes, ceterum eruditi et laude digni Viri, cum vel in Scholis europaeis, vel etiam in Collegiis quae in America extant,

Artis

Artis Machaoniae rudimenta posuerint, Materiam Medicam suam tamen secundum usitata (Medicorum Europaeorum) compendia edocti sunt; et sic, viam tritam prosequentes, negligunt qui per singulas suas provincias frequentari solet, domesticum simplicium apparatum, et uti ubique fere mos est, ab exteris desiderant, quibus maxime abundant. Variae huius incuriae assignari debent rationes. Displicet aliis pomposa Medicaminum farrago, et selectiori praestantiorum apparatui sese adstringentes reliqua omnia spernunt. Alii infra Medici dignitatem esse putant, euporistas et indigenas adhibere medicinas. Tritam denique deserere viam alii nolunt, alii nesciunt, novarumque rerum periculum facere non quilibet audet; facilius enim creduntur, quae a Magistro, ut experta proponuntur, et quae cum antiquitate veritatis sigillum habere judicantur. Cumprimis autem denominatis modo rationibus addere debemus, neglectum hucusque, inter Americanos, studium historiae naturalis, et Botanices in specie. Hujus enim perterriti difficultate, nobilissima vilius justo pendebatur scientia, quae nunc tantum magis magisque adamari incipit. Commoda inde percipienda non equidem fugiebant Viros boni publici studiosos, qui multis abhinc annis et fervide optabant *), ut indigenarum plantarum qualitates et usus magis inquirerentur.

 Ad

*) Videantur *Acta Societ. Philos. Americ. Vol. primum.*

Ad id impetrandum autem Rei herbariae notitiam inprimis necessariam esse, nemo inficias ibit, nisi qui coeco quodam modo experimenta capere velit, vel capta cum aliis communicandi, et corpora de quibus agitur rite determinandi, omnino incurius sit. Sic jamdudum inter *Medicinae Obstacula* recensuit Illustr. *a* LINNE', Medicorum et Pharmacopoeorum inscitiam in re botanica, ignorationem classium naturalium et Euporistorum neglectum *). Cum itaque, colligendo plantas Americae medicinales, plus fecissem quam ullus ante me, et latiorem earum notitiam nactus essem, animum cepi in ipsa America, catalogum illarum occasione data publici juris faciendi; in eo etiam proposito, a plurimis Amicis Americanis, incitatus verbis et litteris fui. Ad id tamen perficiendum negotium mihi in itinere per Americam constituto, otium et opportunitas nulla fuit; dum simul destitutum me videbam necessariis adminiculis ad sistendam, quatenus liceret, absolutam Materiae Medicae Americanae historiam. Cognitum enim mihi erat, jamdudum *Observationes quasdam, de viribus et usu variarum Amer. Sept. plantarum, a* BARTRAMO *consignatarum* **) publici juris fecisse Illust. *a* LINNE'; nec latuit CLAYTONIVM, in Flora Virginica, COLDENIVM in Flora Nove-

*) Vid. Differt. huius tituli, Amoen. acad. Vol. III.

**) Specifica Canadensia. Amoen. academic. Vol. IV. Diss. LXXII.

Noveboracenſi *), KALMIVM in itinerario ſuo, CATESBAEVM in hiſtoria Stirpium Carolinae, et ANONYMVM quemdam de Plantis Georgiae **), ut alios taceam, calculos ſuos adjeciſſe, quorum obſervata et annotata conferre, meisque addere in rem fore credidi, ut omnem, quam de viribus et uſu plantarum Americanarum, e vivis et mortuis colligere liceat notitiam, ſimul exhiberem.

Hasce igitur pagellas, ſi Medicinam in America profitentibus, et civibus americanis in univerſum, gratas eſſe mihi ſubblandior, easdem et Medicis Europaeis utiles eſſe quodammodo ſpero. Multa certe debemus et nobilia medicamenta, occidentalibus illis regionibus, utriusque nempe Americae, quorum nonnulla adeo familiaria et trita nobis facta, ut illis forte Medicorum Europaeorum nullus carere vellet. Horum autem cognitio plura noſcendi deſiderium, et majores expectationes continue commovebat, ut quaecumque ex illa orbis parte afferebantur, ambabus ſemper manibus acciperentur. Gratum ex hac cauſſa habebunt Medici et Scientiae Naturalis Cultores Europaei, Syllabum hunc, uno intuitu, quaecunque in vaſtis illis terris Septentrion. Am. hucusque innotuere medicinas exponentem. Omnes certe hae non ſunt; latet

 enim

*) In Actis Holmienſibus.

**) Hamburg. Magaz. Vol. XVIII.

enim adhuc partium interiorum cognitio plenaria; nec aliquarum notitiam me fugiſſe negabo. Licet porro haec ſimpliciam remotarum terrarum notitia commodum vel utilitatem medicis Europaeis abſolutam ſpondere non videatur, calculum ſaltem adjeciſſe ſufficiat ad cognitionem generalem herbarum in hominis commodum creatarum. Sed, ſi eas me ſolummodo nominare debuiſſe plantas, moneret Cenſor iniquus, quarum Viri ſupra laudati mentionem nullam fecere, et quas novas addidi, tunc nec uni, nec alteri parti me ſatisfeciſſe luculenter apparebit. Exigebat enim inſtituti ratio, ut nomina, qualitates et vires etiam illarum plantarum, quae nobis in Europa iam ad amuſſim cognitae ſunt, denuo et verbotenus insererentur. Brevioribus autem et conciſioribus, quam quae Ill. LINNAEI *Materia medica* habet verbis hoc vix fieri potuiſſet; eos itaque integros titulos huc tranſcribentem, ſtulti plagiarii contumelia me non aſſequitur. Quoniam brevitatis ſimul et perſpicuitatis ratio habenda erat, methodum Linneanam in reliquis quoque ſequi ratum habui; disjunctis ideo lineis, Nomen Specificum, Synonyma, Loca natalia, Pharmacopoeorum Nomen, Qualitates, Vires et Vſus indicavi.

Quae et qualia accepi, reddo. Aſſertorum veritatem experiendo vel obſervando evincere omnino non potui. Nec negabo, eſſe forſitan inter plantas recenſitas, aliquas quarum uſus expectationi

tioni et pollicitationi minus ſatisfaciant; pluri-mas tamen dictam de ſe laudem effectu ſuſtenturas eſſe non dubito. Vlteriorem ergo hujus rei indaginem, Medicis Americanis, quibus et opportunitas datur, et Medicinae, Patriaeque commodum curae cordique eſſe debet, etiam atque etiam commendatam eſſe volumus. Abſentibus interea et poſteris me conſulturum credidi; *enumerando* herbas quarum commendata eſt virtus; *efficiendo* ut quae profuiſſe olim jam comperta ſunt, oblivioni eriperentur; *divulgando* domeſticas medicinas, paratas vulgo, inventu faciles et ſine impendio; *dirigendo* Americanorum attentionem in bona ſua indigena; *demonſtrando* tandem, quantum Medici, bene noſſe plantas indigenas, interſit. Videbunt enim Americani, ex vaſta hac Simplicium ſuorum deſignatione, ſe facile ſi vellent, niſi omnibus, ſaltem plurimis peregrinis carere poſſe medicinis. Tot enim et tam diverſas eorum Terrae gignunt et producunt plantas, pro ratione ſitus et ſoli, ut quotcunque remedia ad rationalem medicinam exercendam deſiderantur, pauciſſimis exceptis, ex proprio gremio deſumi poſſint. Nam illarum regionum ſitus, ab extimo Septentrione, Auſtrum verſus extenſus, in continente Americae Septentrionalis magis, quam in ullo alio, omnia climata et omnium climatum plantas conjungit. Quae naturalis conjunctio magis adhuc proficit, inde quod Coloniae Orientem ſpectantes, veluti

uno ſanguine natae, eadem lingua, legibus moribusque utantur, unde et mercaturarum et litterarum mutuum commercium omnino facilitatur, et fructuoſiſſimam ſtudiorum, inventorum et notitiarum viciſſitudinem ſperare jubet.

Praeter plantas Americae hic enumeratas, plurimis certe, niſi omnibus indicationibus ſufficientes, exotica nonnulla neceſſaria forte videbuntur ad omnes abſolvendos numeros. Sed pauca ſunt. Dabit igitur America Meridionalis vicina, et Indiae occidentis Inſulae:

Chinae Corticem, Ipecacuanhae radicem,
Vanillam, Zingiberis radicem, Coſtum dulcem,
Piper nigrum et longum, Cinnamomum.

Ex India orientali, aliisque locis petenda:

Camphora, Caryophyllus aromaticus, Cinnamomum, Benzoë,
Copaiva, Moſchata, Myrrha, Gummi ammoniacum.

Alia quaedam ex Europa, ob commercii opportunitatem, hucusque deſumuntur. Sunt autem et inter haec, quae re vera Americanis neceſſaria pronuntientur *pauciſſima*, quae tempore futuro facile omnia, in ipſis Americae hortis abundanter et parvo ſumtu coli poterunt, ubi varietas coeli et ſoli nihil excludit. Ejusmodi ſunt:

Cro-

Crocus, Manna, Maſtix, Oliva, Opium, Rhabarbarum.

Sed et horum quibusdam, apta ſubſtituenda tempus indicabit forte, niſi ut certe fieri aliquando poteſt, aliquibus vel plurimis vacare didicerit medicus rationalis.

Extant porro in America plantae complures aliae, *quae ob qualitates odoris et ſaporis vires medicas promittunt*, etſi ut medicamenta nondum in uſu ſint; ex quarum numero ſequentes tantum nominaſſe ſufficiat:

Salvia urticifolia. *Linn.* Horminum ſylveſtre *odoratum. Clayt.*

Ammi lacinulis foliorum capillaribus, caule angulato. *Odore Cumini. Gr. virg. ed. n.* 42.

Sium rigidius. *L.* Pimpinellae ſpecies aquatica *foliis odoratis. Clayt. n.* 279.

Smyrnium integerrimum. *L.* Vmbellifera ignota, *foliis odore grato* praeditis. *Clayt.*

Erythronium Dens Canis. *L. Dogs Tooth;* cuius radices lacte vel juſculo carnis coctas edunt Tatari Sagaytici; aphrodiſiacas eſſe credebat Dioſcorides; Taeniam evacuare dicuntur.

Lamium amplexicaule. *L. folio foetido. Clayt.*

Clinopodium incanum. *L. Mountain - Mint; odorem* ſpirans *gravem, aromaticum.*

Trichoſtema dichotomum. *L. odore grato balſamico.*

Chelone hirſuta. *L. odore foetido. Clayt.*

Arabis foliis ovatis. *Gr. virg. ed. n.* 99. Tota planta *cochleariae ſapore* praedita. *Clayt.*

Lactuca canadenſis. *L. amara,* lacteſcens.

Gna

Gnaphalium purpureum. *L.* folia *odore resinoso.* *Clayt.*
Erigeron canadense. *L.* Tota planta est *odorifera.* *Clayt.*
Solidaginis species, foliis linearibus; quae trita *Anisum spirant.*
Tetragonotheca helianthoides. *L.* *radice* crassa *odorata*; Mellon-Apple-flower. *Clayt.*
Helianthus laevis. *L.* folia *odore grato* praedita. *Clayt.*
Violae variae, quarum radices forte vi purgante s. emetica praeditae invenientur, uti plures hujus generis species.
Typha latifolia. *L.* Ob *dulcedinem* hanc plantam pappis setisque refertam, pauperes in deliciis habere, refert *Clayt.*
Vrtica pumila. *L.* Planta *odore grato.* *Clayt.*
Iva frutescens. *L.* Cortex odore Sambuci nigrae.
Acnida cannabina. *L.*

Attentionem quoque merentur variae Palmarum Species, cultae et spontaneae.

Harum itaque ulteriorem investigationem Medici americani commendatam sibi habeant; ea tamen cura, ut *quae applicant* et quo successu, observent sollicite. Novis sic experiundo remediis ditescent. Est autem notatu dignum, earundem plantarum vires, sub calidiori frigidiorique coelo crescentium, exaltari diminuive, ut in variis plantis americanis compertum habemus; experimenta igitur repetita et dissitis in regionibus instituenda sunt, ante quam de plantae cujusdam jactatis virtutibus judicium feratur.

Sunt

Sunt adhuc aliae, *quae noſtratibus* (Europaeis) FORTE *ſubſtitui poſſent*, ſi tales deſiderarentur. e. g.

Gratiola virginica. *L.*	LOCO	Gratiolae officinalis. *L. m. m.* 82.
Cyperus odoratus, compreſſus, ſtrigoſus.	—	Cyperi longi, rotundi. *L. m. m.* 103. 104.
Lithoſpermum virginianum	—	Lithoſpermi officinalis. *L. m. m.* 131.
Ophiorrhiza Mitreola. *Gr. virg.*	—	Ophiorrhizae Mungos. Serpentum rad. *L.m.m.*144.
Lonicera ſempervirens.	—	Lonicerae Periclym. ſ. Caprifolii. *L. m. m.* 153.
Liguſticum ſcoticum.	—	Liguſtici *Leviſtici.* — 211.
Parnaſſa noveboracenſis.	—	Parnaſſ. paluſtr. ſ. Hepaticae albae. *L. m. m.* 240.
Lilium ſuperbum, canadenſe	—	Lilii candidi, ſ. lilii albi. *L. m. m.* 250.
Saxifraga penſylvanica.	—	Saxifragae granulatae ſ. albae. *L. m. m.* 318.
Lythrum verticillatum.	—	Lythri *Salicariae.* — 329.
Aquilegia canadenſis.	—	Aquilegiae vulgaris. *L. m. m.* 384.
Anemone quinquefolia.	—	Anem. nemor. ſ. Ranunculi albi. *L. m. m.* 390.
Clematis virginiana.	—	Clematid. rectae, ſ. Flammulae Iovis. *L. m. m.*591.
Pedicularis canadenſis.	—	Pedicul. paluſtr. ſ. aquaticae. *L. m. m.* 431.

Galega

Galega virginica.	loco	Galegae officinalis. *L. m. m.* 483.
Hypericum canadenſe.	—	Hyperici perforati. *L. m. m.* 492.
Tragopogon virginicum.	—	Tragopogi pratenſis. *L. m. m.* 493.
Gnaphalium plantaginifol.	—	Gnaphalii dioici. *L. m. m.* 517.
Doronicum. *Gr. virg.* 126.	—	Doronici pardalianch. *L. m. m.* 524.
Orchis ciliaris.	—	Orchid. bifoliae et Morionis, vel Satyrii et Salep radicum. *L. m. m.* 543. 544.
Meniſpermum canadenſe.	—	Meniſpermi Cocculi. (indici) *L. m. m.* 603 ?
Ciſſampelos ſmilacina.	—	Ciſſamp. Pareirae (bravae) *L. m. m.* 607.
Andropogon aliquod.	—	Andr. Schoenanthi ſ. Nardi. *L. m. m.* 612. 613.
Polypodium virginianum.	—	Polypodii vulgaris. *L. m. m.* 631.
Lycopodium rupeſtre.	—	Lycopodii (muſci) clavati. *L. m. m.* 634.

Bahamenſes Inſulae, ſtrictiori ſenſu ad Americam quidem ſeptentrionalem non pertinent; attamen cum varia et praeſtantiora quaedam ſuppeditent Medicamina, haec ut inſererentur non abs re fore credidi; id enim excuſabit vicinitas, et facile et conſtans inter illas partes commercium, deinde climatum, et naturalium commodorum, ſimilitudo, quam

quam auſtraliores Floridae partes cum illis inſulis habent. Protenditur enim Floridae peninſula ad 25 Grad. latitudinis, et plurimae Inſulae Bahamenſes ſub eadem, et altiori adhuc, latitudine jacent. Obſervandum quoque, quod Continens Americae Septentrionalis, ſecundum diviſionem geographicam, includat etiam Iſthmum illum Sinum Mexicanum inter et Mare pacificum, Provinciam nempe Mexicanam et alias; ut itaque, ſi ſenſu latiori rem ſumere placuiſſet, multo plures, quas Zona torrida alit, plantas, catalogo noſtro inſeri potuiſſent. Sed nimiam evitandi ſtudens prolixitatem, me illis tantum adſtrinxi regionibus, quas ipſe quoad majorem partem permigravi.

Nomina plantarum vulgaria anglicana omni cura collegi, ut iis etiam proficuus ſim, qui botanica abhorrent; aſt tam varia ſunt in diverſis partibus, et vacillantia, ut diverſis plantis ſaepe adponantur nomina eadem, iisdemque ſaepe diverſiſſima. Plantas nonnullas obſcuras, et quarum nomina trivialia tantum accepi, omni ſtudio extricare anniſus ſum, ut nomen ſyſtematicum pro certiori indagine habeatur; et hoc in labore maxime adſtitit Ill. SCHREBERVS, cuius, pro ſumma qua in me ſemper uſus eſt, quamve gratus ſemper venerabar, benevolentia, debitam mentionem facio.

Ex recenſitis medicinis, quasdam caſus detexit, dira neceſſitas alias, alias iterum Europaei Americam adeuntes ex analogia in uſum vertebant. Plures tamen et praeſtantiores quaedam, *Indigenis Americes* debentur, qui vel ſponte, vel amicitia pretiove allecti, colonis Europaeis easdem indicarunt. Multo plura autem et eximia adhuc ad varios morbos *ſpecifica* iisdem *Indigenis Americanis* nota et familiaria eſſe, (quorum revelationem autem omni ſtudio evitare dicuntur) in America ubique fere creditur. Neſcio tamen quonam jure. Pauciſſima enim, ſi ulla, ex illorum remediis, ſpecificorum nomine honorari merentur; particularibus enim indicationibus reſpondent; ſic e. g. Antiſyphilitica illorum, maximam partem, diuretica, ſudorifera, vel draſtica ſunt. Medicinam plane empiricam exercent, nunc omnino optatiſſimo et mirando effectu, nunc ſumme contrario, cujus autem varias et obvias rationes, ex conſideratione conſtitutionis, conſuetudinum, vitae et diaetae generis et doſium magnarum facile patent, id quod ulterius dilucidandi hic locus non eſt. In univerſum autem, medendo variis morbis illos feliciores nobis eſſe, ſuſtinere nemo poteſt, licet nonnulli id perſuaſum ſibi habeant. Contra Crotali ſ. Caudiſonae Morſuram tot et qualitatibus ſuis adeo diſſimiles commendantur herbae, ut plurimarum certe fidem et efficaciam ſuſpectam habere debeamus, idque

eo magis, cum experientia fatis evictum fit, letalitatem vel malignitatem talium vulnerum nimium variare fecundum regionum, anni temporum, partium vulneratarum aliarumque multarum cauffarum diverfitatem, ita ut nil mali eveniat interdum, etiam omni neglecta medicina; ex altera parte autem negari non poteft, easdem plantas, qualitates medicas omnino fpondere utiles et inveftigatione ulteriore dignas; ideoque nullam omittere volui.

Loca plantarum natalia certiora tantum adpofui, majorem illarum tamen numerum, vel omnes vel plurimae faltem Provinciae, communem habent; ubi unica igitur tantum indicata eft provincia, eandem plantam in aliis quoque provenire ideo non negatur; quas vero in provinciis disjunctis, e. g. Canada — Virginia, vel Penfylvania — Carolina habitare dixi plantas, easdem in omnibus quoque interjacentibus provinciis provenire, facile intelligitur.

Quae appendicis loco dantur nomenclaturae, fimplicia fiftunt ex regno animali et minerali Americano petenda, tam obfoleta quam ufitata et in materiis medicis vulgo recenfita. Videant Americani, et in his fibi fere fufficientem effe Patriam, licet horum regnorum divi-

)()(tiae,

tiae, mineralis praesertim, parum hucusque investigatae sint.

Dabam Baruthi die XXVI. Septembr. cIↄ. Iↄ CCLXXXVI.



CLAS-



CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

1. SALICORNIA *herbacea* patula, articulis apice compressis, emarginato bifidis. *Linn. Spec. pl.* 5. *mat. med.* 1. virginica. — *Kelp. Glasschmalz.*

S. caulium ramorumque articulis apice bicornibus. *Gron. Fl. virg.* 129. *id. alt.* 1.

LOC. Americae littora maritima. *Annua.*


PHARM. *Salicornia* Herba; Soda. ⊖

QVAL. salsa; (hinc a pecoribus expetita.) *Culinaris, Rarior.*

VIS? antiscorbutica, appetitum excitans. (Sal corrosivum.)

VSVS: Scabies, Abscessus, Scelotyrbe, Hypersarcosis.

COMP. Sapo venetus, Sal Seignette, Fel vitri.



CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

2. LIGVSTRVM *vulgare.* *Linn. Sp. pl.* 10. *Mill. Dict.* — *Privy. Reinweide.*

LOC. Noveboraci et Inſulae longae colles, fruteta. *Frutex, vulgaris.*

PHARM. *Liguſtri* Folia, Baccae.

QVAL. amariuſcula, ingrata.

VIS: ſubadſtringens.

VSVS: Angina, Labarium, Odontalgia, aliique oris et faucium morbi.

COMP. Gargariſmata.

Pigmentum purpureum vel nigrum, diverſa praeparatione praebent baccae.

3. OLEA *europaea* foliis lanceolatis. *Linn. Sp. pl.* 11. *mat. med.* 79. *Mill. Dict.* —, *Olive-tree. Oelbaum.*

LOC. Georgia, Carolina. *Arbor, cicur.*

PHARM. *Olivae*, (fructus) conditae. (O).

QVAL. (O) pingue - blandum, inſipidum, inodorum; *Conditae*, auſterae.

VIS: (O) obtundens, emolliens. Condit. tonica, ſtomachica.

VSVS: Venena, Colica, Dyſenteria, Rheumatiſmus, Teneſmus, Tuſſis, Morſus Canis rabidi.

4. SY-

3. Americana oleum vix praebet. Europaea autem facile creſcit in provinciis auſtralioribus, hyemesque bene fert intecta; de oleo exprimendo nulla adhuc experimenta facta. *Hamb. Mag. XVII.* 489.

4. SYRINGA *vulgaris*, foliis ovato-cordatis. *Linn. Sp. pl. p.* 11. *Mill. Dict.* — *Lilac, Pipe-tree, Queüe de Renard.*

In hortis colitur, cicur.

Ex ligno, cum aqua deſtillato, obtinetur ◎ butyraceum, odore oleo Ligni Rhodii vel Santali flavi ſimili; infuſum aquoſum flaveſcens, odore grato balſamico; Tinctura ſpirituoſa amaricans, evaporatione extractum Sanguini Draconis ſimile ſiſtit.

5. CIRCAEA *lutetiana*, caule erecto, racemis pluribus. *Linn. Sp. pl.* 12.

Circaea canadenſis latifolia, flore albo. *ibid. Gr. virg. ed. n. p.* 2.

LOC. Canadae, Noveboraci nemora, fruteta umbroſa. *Biennis.*

Radices colore flavo tingunt. Folia, in cataplaſmatis forma, ad Condylomata haemorrhoidal. externe, et infuſum interne laudantur; (uti Circ. alpina.)

6. VERONICA *virginica*, ſpicis terminalibus, foliis quaternis quinisve. *Sp. pl.* 13. *Amoen. acad.* 4. *p.* 519. 521. *Gr. virg.* 4. *ed. n. p.* 2. *Cold. noveb.* 3. *Mill. Dict.* — *Indian Phyſic, Phyſic-root, five leaved Wort, Indian Queatel.*

LOC. Paſcua aprica. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. *Veron. virg.* Radix. Decoct. rad. Manip. j. in lactis Libr. ſem.

QVAL. amara.

VIS: purgans! emetica.

COMP.

VERONICA *officinalis*, ſpicis lateralibus pedunculatis, foliis oppoſitis, caule procumbente. *Linn. Sp. pl.* 14. *Mat. med.* 80.

Plantam huic ſimillimam in paſcuis aridis, circa Libanon Penſylvaniae, vidi. —

VIS: Veron. officin. adſtringens, vulneraria, tonica.

VSVS: Cachexia.

7. VERONICA *Beccabunga*, racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. *Linn. Sp. pl.* 16. *Mat. med.* 81.

Veronica foliis oppoſitis laevibus crenatis, floribus laxe ſpicatis ex alis. *Gr. virg. p.* 4. *ed. nov. p.* 2. *Mill. dict.*

LOC. Noveboraci, Virginiae ſcaturigines.

Perennis, frequens.

PHARM. *Beccabungae* Herba, Conſerva, Aqua.

QVAL. ſubinſipida, inodora, oleracea.

Rarior, ſuperflua.

VIS: diuretica, diſcutiens?

VSVS: Scorbutus, Obſtructiones Viſcerum.

8. VERBENA *urticifolia*, tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, foliis indiviſis ovatis ſerratis acutis petiolatis. *Linn. Sp. pl.* 29. *Mill. Dict.*

Verbena foliis ovatis, caule erecto, ſpicis filiformibus paniculatis. *Gr. virg.* 7. *ed. nov. p.* 4.

LOC. Canadae, Noveboraci, Virginiae arida.

Biennis, cicur.

PHARM. *Verbenae* Herba, Radix.

QVAL. Rad. amaro-adſtringens. Herba inſipida, inodora.

VSVS:

VSVS: Radix, ſimul cum cortice interiore Quercus albae, lacte et aqua decocta, felici ſucceſſu ad Eryſipelas venenoſum a Toxicodendro cauſatum adhibebatur in Caſtris Americanorum. Praeſtabat ſaepe, poſt Aqu. vegeto-mineral. fruſtra adhibitam.

Herba ſub nomine *Purvain*, incolis Marilandiae in uſu eſt.

9. LYCOPVS *virginicus*, foliis aequaliter ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 30. *Gr. virg.* 8. *ed. n. p.* 5. *Mill. Dict.*

LOC. Noveboraci, Virginiae, campi aridi, ſylvatici.

QVAL. Semina nitentia odorem balſamicum terbinthinatum ſpirant; folia odore debiliora, cum Vitriolo Martis colorem nigrum praebent.

10. CVNILA *mariana*, foliis ovatis ſerratis, corymbis terminalibus dichotomis. *Linn. Sp. pl.* 30. Satureja origanoides. *Sp. pl.* 1. 568. — *Wild Baſil; Dittany.*

Thymus foliis ovatis acuminatis ſerratis, corymbis lateralibus terminalibusque pedunculatis. *Gr. virg.* 64. *Ed. n.* 88.

LOC. Penſylvaniae, Marylandiae, Virginiae ſicca. *Biennis.*

10. *Caulis* acute quadrangulus, ramoſus. *Folia* ſubſeſſilia, ovata, acuta, ſerrata. *Corymbi* terminales et axillares dichotomi, *pedicellis* capillaribus, bracteolis linearibus. *Cal.* cylindr. 5-fidus, laciniis brevibus aequalibus acutis; 10-ſtriatus, pilis nitentibus. Os calycis villoſum. *Semina* quatuor.

PHARM. *Cunilae marianae* Herba.
QVAL. fragrans, ſpirans, odore Ocymum referens.
VIS: excitans, nervina.
VSVS: Febres intermittentes; Cephalalgia; ſuccus expreſſus cum lacte ad morſuram ſerpentum.

11. CVNILA *pulegioides*, foliis oblongis unidentatis, floribus verticillatis. *Linn. Sp. pl.* 30. Meliſſa pulegioides. *Sp. pl.* 1. 593. — *Penny-royal.*

Meliſſa floribus verticillatis glomeratis ſecundum longitudinem caulis, foliis tomentoſis. *Gr. virg.* 167. *Ed. nov. p.* 90. *Cold. noveb.* 143. *Kalm. it.* 2. *p.* 314.
LOC. Canadae, Noveboraci, Virginiae ſicca. *Annua, vulgaris.*
PHARM. *Cunilae pulegioidis* Herba.
QVAL. ſpirans.
VIS: pellens, carminativa, reſolvens, pectoralis, antiſpaſmodica, diaphoretica.
VSVS: Palpitatio! Febres, Arthritis.
COMP. Infuſum, Cataplaſma.

12. MONARDA *fiſtuloſa*, capitulis terminalibus, caule obtuſangulo. *Linn. Sp. pl.* 32. *Am. acad.* 4. *p.* 533. *Mill. dict. t.* 122. *f.* 2. *Corn. canad.* 13. *t.* 14. *L. mat. med.* 84.
Monarda mollis. *Linn. Amoen. acad.* 3. *p.* 399.
LOC. Canada. *Perennis, cicur.*
QVAL. ſpirans, amara.

VIS:

VIS: reſolvens, nervina, tonica.
VSVS: Febres intermittentes.

13. MONARDA *didyma* floribus capitatis ſubdidynamis, caule acutangulo. *Linn. Sp. pl.* 32. *Mill. ic.* 122. *f.* 1. *Cold. noveb.* 7. — *Oswego the.*
LOC. Nova Anglia, Noveboracum, Penſylvania. *Perennis.*
QVAL. Folia contrita ſpirant odorem gratum, reficientem.
VSVS: Febres intermittentes Infuſum foliorum.

14. SALVIA *officinalis*, foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus acutis. *Linn. Sp. pl.* 34. *Mat. med.* 86. — *Sage.*
Salvia major, et minor aurita et non aurita. *Baub. pin.* 237.
LOC. Colitur in hortis. *Perennis, cicur.*
PHARM *Salviae* Herba, ▽, ⊓, ∘°∘, Fl. Sem.
QVAL. ſpirans, amaricans.
VIS: tonica, nervina, ſtomachica, uterina.
VSVS: Languor poſt febres, Galactorrhoea poſt ablactationem, Aphthae, Relaxatio Gingivarum, Cibi.

15. COLLINSONIA *canadenſis. Linn. Sp. pl.* 39. *Amoen. acad.* 4. *p* 514. *Mat. med.* 89. *Cold. noveb.* 8. *Kalm. it.* 2. *p.* 317. — *Horſeweed.*
Collinſonia floribus pallide luteis: foliis ovato-oblongis acute ſerratis. *Gr. virg. ed. n. p.* 6.
LOC. Canada, — Virginia; nemoroſa. *Perennis.*
PHARM. *Collinſoniae* Radix; Flores.


QVAL. Rad. nidorosa: florum odor gratissimus, vehemens.

VIS:

VSVS: Colica lochialis; Morsura serpentum; Vulnera; Febres (Dumb fever). In doloribus rheumaticis, artus foliis fricandi. Vulnera Equorum (Gall'd Backs.)



CLAS-



CLASSIS. III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

16. VALERIANA *Locuſta*, radiata, floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus. *L. Sp. pl.* 47. *E. Mill. dict.* — *Corn Sallad. Rapünzchen.*

LOC. Marilandiae, Virginiae arva. *Annua.*

Folia in acetariis hiberno tempore adhibentur. Succus prodeſt contra calculum renum. Hypochondriacorum ſummum eſt ſolatium. *Boerh.*

17. IRIS *verſicolor*, corollis imberbibus, germinibus ſubtrigonis, caule tereti flexuoſo, foliis enſiformibus. *L. Sp. pl.* 57. *Amoen.* 4. *p.* 533. *Mill. dict. nr.* 18. *Cold. noveb.*

LOC. Virginiae, Marylandiae, Penſylvaniae, Noveb. Rhodisl. prata humida. *Biennis.*

PHARM.

QVAL. Radix mucilaginoſa, dulceſcens, acris. Flores odore debili, grato.

VIS: purgans, unde ſyphilitica creditur.

VSVS: Mirifice valet in ulceribus tibialibus et vulneribus. *Kalm.*

18. IRIS *virginica*, corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule ancipiti. *L. Sp. pl.* 58.

Iris aquatica Majo florens anguſtifolia, flore ex pallide caeruleo et nigro variegato, radice reptatrice. *Gron. virg.* 2. *ed. n.* 7.

LOC. Virginiae humida, uliginofa. *Biennis.* Vi cathartica infigniter pollet. *Clayt.*

19. IRIS *verna*, corollis imberbibus, caule unifloro foliis breviore, radice fibrofa. *L. Sp. pl.* 58. *Mill. dict. n.* 17.
Chamae iris repens verna, flore ex violaceo et aureo variegato, odorato, cuius etiam datur Varietas flore albo. *Gr. virg.* 10. *ed. n.* 7.
LOC. Virginia. *Biennis.*
Florum Syrupus viribus cum Violarum Syrupo convenit. *Clayt.*

20. COMMELINA *communis*, corollis inaequalibus, foliis ovato-lanceolatis acutis, caule repente glabro. *Linn. Sp. pl.* 60. *Gron. virg.* 130. *ed. n. p.* 8. *Mill. dict. n.* 1. — *Common-Day-flower.*
LOC. Virginia et Provinciae meridionales; palustribus gaudet. *Annua.*
VSVS: florum apud Iaponenfes pro Vltramarino conficiendo. Petala cum furfure Oryzae mixta humectantur et maffa paullo poft exprimitur. Expreffo fucco immergitur charta pura et humectata ficcatur, vicibus toties iteratis, donec ipfa charta pro colore valeat. *Thunberg flora Iaponica. p.* 35. Koo-Seki. *Kaempf. Iapon. t.* 889.

21. XYRIS *indica. Linn. Sp. pl.* 62. *Gron. virg.* 11. *ed. nov.* 8.
LOC. In pafcuis madidis.
VSVS: Succus contufae plantae ad Impetiginem curandam laudatur a Pifone. Iupicai. *Pifon. brafil.* 238.

DIGY-

DIGYNIA.

22. SACCHARVM *officinarum*, floribus paniculatis. *Linn. Sp. pl.* 79. *Mat. med.* 105. *Mill. Dict.*

LOC. Florida, Miſſiſſippi. *Perennis, cicur.*

PHARM. Saccharum Canarienſe cet.

QVAL. dulciſſima, inodora, mitiſſima. *Culinaris, uſitatiſſima.*

VIS: edulcorans, relaxans, calefaciens, expectorans, vulneraria.

VSVS: Raucedo, Tuſſis, Pannus.

COMP. Omnes Confectiones, Condita, Conſervae, Syrupi.

23. AVENA *ſativa* paniculata, calycibus diſpermis, ſeminibus laevibus. *Linn. Sp. pl.* 118. *Mat. med.* 108.

LOC. *Annua, cerealis, frequens.*

PHARM. *Avena* excorticata.

QVAL. farinacea, inſipida. *Vſitatiſſima.*

VIS: refrigerans magis, quam Hordeum.

VSVS: Febres.

24. HORDEVM *diſtichum* floſculis lateralibus maſculis muticis; angularibus imbricatis. *Linn. Sp. pl.* 125. *Mat. med.* 109.

LOC. *Annuum, cereale, vulgare.*

PHARM. *Hordeum* mundatum, excorticatum, perlatum. Acetum vulgare. Spiritus. Cereviſia antiqua.

QVAL. inſipida, farinacea. *Culinaris.*

VIS: nutriens, refrigerans. Aceti reſolvens, refrigerantiſſima.

VSVS:

VSVS: †ti Inflammatio; Cerevifia Contufura.
COMP. Lohoc hordeatum. Syrupus acetofus.

25. TRITICVM *hybernum* calycibus quadriflo-ris ventricofis laevibus imbricatis fubmuticis. *Linn. Sp. pl.* 126. *Mat. med.* 110.
LOC. *Annuum, cereale, frequentiffimum.*
PHARM. *Tritici* Amylum, Pulvis Cyprius.
QVAL. farinacea, infipida.
VIS: acefcens, mucilaginofa.
VSVS: externus.

26. TRITICVM *repens* radice repente, foliis planis. *Linn. Sp. pl.* 126. *Mat. med.* 111.
LOC in cultis. *Perenne.*
PHARM. *Graminis* Radix.
QVAL. farinacea, dulcefcens, inodora. *Vfitata.*
VIS: nutriens, aperiens, diuretica, mundifi-cans, authelminthica.
VSVS: Obftructio Vifcerum.



CLAS.



CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

27. GALIVM *tinctorium*, foliis linearibus: caulinis ſenis; ramorum quaternis, caule flaccido, pedunculis ſubbifloris, fructibus glabris. *Linn. Sp. pl.* 153.

LOCVS: Noveboracum, Penſylv. etc. *Perenne.*
QVAL. Lac coagulat. Colore rubro tingit. *Kalm.*
VSVS: Morbi cutanei.

28. CALLICARPA *americana. L. Sp. pl.* 161.
Iohnſonia. *Mill. Dict.*
Frutex foliis amplis ſubrotundis acuminatis ex adverſo binis, viminibus lentis infirmis cet. *Gr. virg.* 138. *ed. n. p.* 19.
Frutex baccifer verticillatus cet. *Catesby. Carol.* 2. *p.* 47. *t.* 47. — *Sowerbush.*

LOC. Virginia, Carolina. *Frutex.*
PHARM. *Callicarpae* Folia.
QVAL. Baccae aceſcentes.
VIS:
VSVS: Foliis ad Hydropem felici ſucceſſu utebatur Dr. *Dale. Miller.* Baccae violaceo-purpureae, contuſae et cum alumine coctae, lanam purpureo tingunt.

29. PLANTAGO *major*, foliis ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. *Linn. Sp. pl.* 163. *Mat. med.* 119. *Gr. virg. ed. n. p.* 19. — *Plantain.*

LOC.

LOC. Noveborac. Virgin. ſicca. *Perennis, vulgaris.*
PHARM. *Plantaginis latifoliae* Radix, Herba, Aqua, Semina.
QVAL. inſipida, herbacea, ſubſtyptica.
VIS: adſtringens, vulneraria; Sem. anthelmintica.
VSVS: Tabes, Vlcera, Diarrhoea. Sem. Dyſenteria.
COMP. Gargariſmata.

30. CORNVS *florida*, arborea, involucro maximo: foliolis obcordatis. *Linn. Sp. pl.* 171. *Gr. virg.* 17. *ed. n. p.* 20. *Cold. nov.* 16 *Kalm. it.* 2. *p.* 321 *et* 3. *p.* 104. *Mill. Dict.* — *Dogwood.*
Cornus Mas virg. *Cat. car. I. p.* 27. *t.* 27.
LOC. Nova Anglia — Carolina. *Frutex, vulgaris.*
PHARM. *Corni floridae* Cortex (radicis); Gemmae.
QVAL. amara.
VIS: adſtringens. Gemmar. carminativa.
VSVS: Febres intermittentes. Ligni uſus mechanicus.
Decoct. Corni, a decocto Corticis peruviani guſtu vix diſcernendum; Intermittentes aeque certo curat ac Cort. peruv. — Vires addita Serp. Virg. acuuntur. — Rad. Saſſafr. et Cort. Corni $\overline{aa}$ ℥vj. Coqu. cum Aquae libris viij, ad remanentiam ℔j, ad Vlcera cancroſa, maligna tepide et frequenter applicata, prodeſt.

31. CORNVS *Amomum*, arborea, foliis ovatis petiolatis, floribus corymboſis terminalibus. *Mill. dict. Gr. virg. ed n.* 20. *Cold. noveb.* 17. — *Swamp - Dogwood.*
LOC. Americae borealis dumeta. *Frutex.*

QVAL.

QVAL. Baccarum parenchyma viride amaro - adſtringens.
VSVS: folia Indigenae Tabaco admiſcent. Ligni uſ. mechan.

32. PTELEA *trifoliata*, foliis ternatis. *Linn. Sp. pl.* 174. *Mill. dict.* 211. *Gr. virg. ed. n.* 20. *Cat. carol.* 2. *t.* 83.
LOC. Canada - Carolina.
PHARM. *Pteleae* folia.
QVAL. fol. contrita odorem ſpirant ingratum.
VIS: anthelminthica, vulneraria.
VSVS: Vermes.
COMP. Folior. infuſum, interne et externe in uſu eſt apud Canadenſes.

33. DORSTENIA *Contrajerva* acaulis, foliis pinnatifido palmatis ſerratis, floribus quadrangulis. *Linn. Sp. pl.* 176. *Mat. med.* 124. *Mill. Dict.*
LOC. Mexico. *Perennis.*
PHARM. *Contrayervae* Radix.
QVAL. aromatica, ſubfragrans, amaricans. *Vſitata*, *praeſtans.*
VIS: adſtringens, ſtomachica, alexiteria, ſudorifera.
VSVS: Febres, Exanthemata, Dyſenteria.
COMP. Pulv. Comitiſſae.

DIGYNIA.

34. HAMAMELIS *virginiana. Linn. Sp. pl.* 186. *Amoen. acad.* 4. *p.* 533. *Gr. virg.* 139. *ed. n. p.* 24. *Cat. Carol.* 3. *p.* 2. *t.* 2. *Cold. noveb.* 18. — *Witch - Hazel.*

LOC.

LOC. Noveboracum — Carolina. *Arbor.*
QVAL. Semina nigra nitentia, farinaceo - oleosa, uti Coryli, edulia; unde Pistachia virgin. *Plukenet.* vocata.
VSVS:

35. CVSCVTA *americana*, floribus (vix) pedunculatis. *Linn. Sp. pl.* 184. *Mat. med.* 128. *Gron. virg.* 18. *ed. nov.* 22.
LOCVS: Novanglia — Virg. sepes, arbores, frutices obvolvens. *Annua, vulgaris.*
PHARM. *Cuscutae* Herba.
QVAL. amaricans, inodora, subadstringens. *Dubia.*
VIS: laxans, stomachica.
VSVS: Febres intermittentes.

TETRAGYNIA.

36. ILEX *Aquifolium*, foliis ovatis acutis spinosis. *L. Sp. pl.* 181. *Gr. virg.* 12. *ed. nov.* 22. *Mill. dict.* — *Holly - tre. Houx, Housson.* Gallis.
LOC. Novebor. — Virginia. *Arbor.*
PHARM. *Aquifolii*, Radix, Cortex, Folia, Baccae. (Viscum.)
QVAL. mucilaginosa, amara.
VIS: resolvens, pectoralis, laxans. Bacc.
VSVS: Tumores maturantur Cataplasmate ex Baccis decoctis. Baccarum succus expressus ad Icterum laudatur; Baccae decoctae ad Colicam; Baccae Nro. 10 - 12. alvum solvunt; Foliorum pulvis et Decoctum, vel per

per ſe, vel cum baccis, ad tuſſim et pleuriticos dolores commendantur.

37. ILEX *Caſſine*, foliis ovato lanceolatis ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 181. *Mat. med.* 130. *Mill. Dict.*

Aquifolium Carolinenſe, foliis dentatis, baccis rubris. *Cat. carol. I. p.* 31. *t.* 31.

LOC. Carolinae, Virginiae, maritima, arenoſa. *Arbor*, *vulgaris.*

PHARM. *Caſſines* Folia. (leniter uſtulata.)


QVAL. ſubaromatica, inodora. *Trita*, *Culinaris.*

VSVS: Variola! Diabete! Febres omnes.

Arbor non ſpinoſa floribus parvis monopet. quadrifidis, cortice glabro albicante, baccis rubris tetrapyrenis, *ſapore fervidis*, foliis deciduis. *Clayt. nr.* 340 *et* 656. *Gr. virg. ed. n.* 22.

Caſſine vera floridanorum arbuſcula baccifera, alaterni fere facie, foliis alternatim ſitis, tetrapyrene. *Cat. carol. II.* 57. *t.* 57. — An hujus tantum Varietates?

Ilex canadenſis ab Aquifolio differre dicitur, foliis brevioribus ſpinis robuſtioribus. Viſcum ex Cortice coquitur. Lignum ad novaculas exacuandas.



CLASSIS II.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

38. ANCHVSA *virginiana*, floribus ſparſis, caule glabro. *Linn. Sp. pl.* 191.

Anchuſa lutea minor, quam alii *Puccoon* vocant. *Gr. virg.* 19. *ed. n.* 24.

Pro Pigmento inſervit Indigenis Americae. Forte reliquis etiam Bugloſſi et Alcannae viribus praedita.

39. CYNOGLOSSVM *virginianum*, foliis amplexicaulibus ovatis. *Linn. Sp. pl.* 193. *Gr. virg.* 19. *ed. nov.* 24. — *Houndstongue* *).

LOC. Virginia.

PHARM. *Cynogloſſi* Radix.

QVAL. foliorum fumus, uti Tabaci, intoxicans.

VIS: vulneraria, ſtyptica.

VSVS: Diarrhoeam, Dyſenteriam, omnemque alvi fluxum ſiſtit radix. *Clayt.*

40. PVLMONARIA *virginica*, calycibus abbreviatis, foliis lanceolatis obtuſiuſculis. *L. Sp. pl.* 194. *Mill. dict. t.* 212. *Gr. virg.* 20. *ed. n.* 25. — *Mountain - Cowslip.*

LOC. Virginia etc.

VIRES:

*) *Houndstongue* - ſub hoc nomine et alia planta, foliis radicalibus oblongo - ovatis, acutis, glabris, monſtrata mihi fuit in Marylandia. Flores non vidi - Ad tumores, ulcera Mammarum etc. laudatur et adhibetur -- Sed Cynogloſſi faciem vix habebat.

VIRES: Radix craſſa, vulneraria cum Symphyto viribus convenit. *Clayt. n.* 339.

41. SYMPHYTVM *officinale* foliis ovato lanceolatis decurrentibus. *L. Sp. pl.* 195. *Mat. med.* 136.

LOC. In Noveboraci, Inſulae longae etc. cultis paſſim hoſpitatur.

PHARM. *Conſolidae majoris* Radix, Conſerva, Herba, Flores.

QVAL. mucilaginoſa. *Vſitata.* Hba, Fl. *ſuperflua.*

VIS: inviſcans, glutinans, vulneraria, adſtringens.

VSVS: Dyſenteria, Haematuria, Haemoptyſis! Stranguria.

COMP. Syrupus, Empl. —

42. HYDROPHYLLVM *canadenſe*, foliis lobato-angulatis. *Linn. Sp. pl.* 209. — *Scaly-root.*

LOC. Canada; et Penſylvaniae ſylveſtria, montoſa, humida. — *Biennis.*

PHARM. *Hydrophylli* Radix. --

QVAL.

VIS:

VSVS: Decoct. Herbae et radicis, ad ſerpentum Morſuras; Toxicodendri Eryſipelas.

 43. LY-

42. *Rad.* craſſa, horizontalis, ramoſa, tecta ſquamis craſſis, obtuſis, imbricatis. *Folia* radicalia, petiolo longo, ſemitereti, tenuiter piloſo; ſub-5-loba, lobis acutis, dentatis, pilis tenuibus rariſque inſtructa. Folia caulina ejusdem ſunt ſtructurae, ſed majora. *Caulis* ſemiteres, uti petioli. *Flores* in panicula racemoſa coarctata terminali. *Cal.* 5-partitus: laciniis lanceolato linearibus, ſubulatis, glabris, erectis. *Cor.* . . . *Capſ.* globoſa, bivalvis, ſemine unico globulari.

43. LYSIMACHIA *quadrifolia*, foliis quaternis ſubſeſſilibus, pedunculis quaternis unifloris. *Linn. Sp. pl.* 211. *Gr. virg.* 20. *ed. n.* 26. — *Peters-wort.*

LOC. Noveboracum — Virginia.

PHARM. *Lyſimachiae* Radix et Herba.

VIS: ſubadſtringens.

VSVS: Decoct. ad Febres intermittentes.

44. ANAGALLIS *arvenſis*, foliis ovatis, caule procumbente. *Linn. Sp. pl. p.* 58. *Mat. med.* 142.

LOC. Noveboraci arva, culta. *Annua, vulgaris.*

PHARM. *Anagallidis* Herba, ▽, ◎, ⎍, Syr. Eſſentia.

QVAL. acris, inodora. *Rarior.*

VIS:

VSVS: Melancholia, Hydrophobia. *Boerh.*

Decoctum huius plantae, in ſudore ſanguineo Vitulorum „The bloody Murrain„ dicto, utile et efficax eſſe mihi narratum eſt. *Cold. noveb. nr.* 158.

Alexipharmaca eſt et pulmonica; moderate calida et ſicca: ad febrium deliria compeſcenda commendatur. *Clayt. n.* 401.

45. SPIGELIA *Marylandica*, caule tetragono, foliis omnibus oppoſitis. *Linn. mant.* 338.

Lonicera ſpicis terminalibus, foliis ovato-oblongis acuminatis diſtinctis ſeſſilibus. *Gron. virg. ed. n.* 30. *Linn. Sp. pl.* 249. *Amoen. acad.* 4. *p.* 523. — *Indian Pink.*

LOC. Marylandia, Virginia, Carolina. *Perennis.*

PHARM.

43. Numularia aquatica Beccabungae foliis. *Gr. virg. ad n.* 26. An Lyſim. Numularia L.? - *L. Mat. med.*

PHARM. *Spigeliae marylandicae* Herba.
QVAL.
VIS: narcotica, anthelminthica!
VSVS: Lumbrici, Convulſiones.

46. CONVOLVVLVS *panduratus*, foliis cordatis integris panduriformibusque, calycibus laevibus. *L. Sp. pl.* 219. *Gr. virg. ed. n.* 28. ?
Ad hanc ſpeciem referendus eſt vel ſaltim proxime accedit Convolvulus, copioſe circa Bethlehem Penſilvaniae proveniens, cuius Radix colligitur et pro *Mechoacanna* venditur. Radicis habitus, et Vis, Mechoacannae.

47. CONVOLVVLVS *Ialappa*, foliis difformibus: cordatis, angulatis, oblongis, lanceolatisque, caule volubili, pedunculis unifloris. *Linn. mant.* 43. *Mat. med.* 148.
LOC. Mexico. *Perennis.*
QVAL. nauſeoſa, acris.
VIS: purgans.
VSVS: frequens.
COMP.
Reliquae quoque Convolvuli ſpecies:
carolinus L. Sp. pl. 219.
purpureus *) *etc. vires medicas promittunt.*

CONVOLVVLVS *Batatas*, foliis cordatis haſtatis quinque-nerviis, caule repente hiſpido tubcrifero. *Linn. Sp. pl.* 220. *Gr. virg. ed. nov.* 28. *Mill. Dict. Catesb. Carol. t.* 60. *p.* 60.
LOC. Penſylv. — Carolina. *Colitur.*

B 3 CON-

*) Purple Bindweed. *Cat. carol. I.* 35. Succo huius, manus ſuos illinebat Indigena Americanus, et Crotalum horridum impune manibus tractabat.

CONVOLVVS *brasiliensis*, *L. Sp. pl.* 226. . ? foliis subrotundis, emarginatis, crassis etc.
LOC. Insulae Bahamenses in arena ad mare.
E foliis potio antifebrilis paratur.

COFFEA *arabica* -- Insulae bahamenses, et reliquae Indiae occidentalis.

48. SAMOLVS *Valerandi*. *Linn. Sp. pl.* 243. *Gr. virg.* 23. *ed. nov.* 30.
LOC. Ad littora, fontes Noveboracenses. — Florida.
QVAL. amaricans.
VIS: Veronicae Beccabungae analoga?
Incolae Minorcae ea vario modo utuntur. *Clegborn.*

49. LONICERA *Symphoricarpos* capitulis lateralibus pedunculatis, foliis petiolatis. *Linn. Sp. pl.* 249. *Mat. med.* 154. *Gr. virg.* 23. *ed. nov.* 30.
LOC. Virginia — Carolina. *Frutex.*
PHARM. *Symphoricarpi* Stipites.
QVAL. styptica. *Inusitata.*
VIS: subadstringens.
VSVS: Febres intermittantes.
Radicis pulvis dosi mediocri exhibitus, adversus omnes febres intermittentes, tutum certum et minime fallax remedium. *Clayton.*

50. LONICERA *Diervilla*, racemis terminalibus, foliis serratis. *Linn. Sp. pl.* 249. *Mat. med.* 155. *Amoen. acad.* 4. *p.* 532.
LOC. Canada. *Frutex.*

PHARM.

PHARM. *Diervillae* Stipites.
QVAL. nauſeoſa.
VIS: pellens.
VSVS: Dyſuria; Gonorrhoea, Syphilis.

MIRABILIS *Ialappa. Linn. Sp. pl.* 252. *Mat. med. ed.* 1. *p.* 76. *Cold. noveb.* 29.

51. TRIOSTEVM *perfoliatum* floribus verticillatis ſeſſilibus. *Linn. Sp. pl.* 250. *Amoen. acad.* 4. *p.* 516. *Gr. virg. ed. n.* 31. *Cold. noveb.* 244. — *Dr. Tinkars Weed; Baſtard - ſ. falſe Ipecacuanha; White Gentian; Sweet - Bitter. Fever - root* et *Cinque.*
LOC. Noveboraci — Virginiae, umbroſa. *Perennis.*
PHARM. *Trioſtei* Radix.
QVAL. amara. Odor pl. nauſeoſus; ſapor herbaceus.
VIS: emetica.
VSVS: Febres intermittentes, Pleuritis.

52. TRIOSTEVM *anguſtifolium*, floribus oppoſitis pedunculatis. *Linn. Sp. pl.* 250.
Lonicera humilis hirſuta etc. *Gron. virg.* 143. *ed. n.* 31.
LOC. Virginia. *Biennis.*
QVAL. eadem.
VSVS: Dyſenteria; quam maxime laudatur.

CONOCARPVS erecta foliis lanceolatis. *Linn. Sp. pl.* 250. — *Button - wood.*
LOC. Inſulae Bahamenſes.
Corticis decoctum ut antiſyphiliticum laudatur.

53. VERBASCVM *Thapsus*, foliis decurrentibus utrinque tomentosis. *Linn. Sp. pl.* 252. *Mat. med.* 157. *Gr. virg.* 31.
LOC. Rhodisland. -- Virginiae, sterilia.
Biennis; vulgaris.
PHARM. *Verbasci* Herba, ◎, ▽, Flores.
QVAL. subodorata, fatuo-amaricans.
Rarior, Fl. *Superflua.*
VIS: anodyna, antispasmodica, emolliens, repellens.
VSVS: Haemoptysis, Phthisis? Haemorrhagia, Proctalgia.

54. DATVRA *Stramonium* pericarpiis spinosis erectis ovatis glabris. *Linn. Sp. pl.* 255. *Mat. med.* 159. *Gr. virg.* 23. *ed. n.* 31.
LOC. Rhod-Island. – Virginiae, ruderata.
Annua, frequentissima.
PHARM. *Stramonii* Herba, Semina. *Stinck-weed.*
QVAL. narcotica.
VIS: refrigerans. *Clayt.*
VSVS: Combustura.
Indigenae folia temporibus aegrotorum applicant, somni conciliandi gratia. Folia externe applicata in Podagra utilia habentur; contrita Vlcera chronica sanare dicuntur. Semina, in dolore a Calculo.

55. HYOSCYAMVS *niger*, foliis amplexicaulibus sinuatis, floribus sessilibus. *Linn. Sp. pl.* 257. *Mat. med.* 160.
LOC. Rhod-Island. -- Novebor. ruderata. hospitans? — *Biennis.*
PHARM. *Hyoscyami* Radix, Herba, Semina, ⓪.

QVAL.

QVAL. ſubinſipida, viroſa, toxica.

Rarior, cauta.

VIS: narcotica, phantaſtica, dementans, anodyna, antiſpasmodica, repellens.

VSVS: Odontalgia, (fumus) Epilepſia, Haemoptyſis, Varix ani.

COMP. Philonium, Pil. Cynogloſſae, Ung. populneum.

56. NICOTIANA *Tabacum*, foliis lanceolato-ovatis ſeſſilibus decurrentibus, floribus acutis. *Linn. Sp. pl.* 258. *Mat. med.* 161.

LOC. Marylandia, — Florida.

Culta, frequentiſſime.

PHARM. *Tabaci* Herba, Pulvis, ℅, Extractum Gr. ij. Syrupus ℥iij. Semina.

QVAL. nauſeoſa, viroſa, toxica, acris.

Trita, praeſtans.

VIS: anodyna, antiſpasmodica, paregorica, narcotica, vomitoria, errhina: Sem. anthelminthica.

VSVS: Ulcus, Scabies, Tinea, Oedema, Tuſſis, Tertiana, Pleuritis, Syr. Aſthma, Colica, Hyſteria, Dyſenteria, Icterus, Scirrhus, Hydrops.

COMP. Ungu. Nicotianae.

57. PHYSALIS *viſcoſa*, foliis geminis repandis obtuſis ſubtomentoſis, caule herbaceo ſuperne paniculato. *Linn. Sp. pl.* 261.

Phyſalis radice perenni, foliis cordatis obtuſis. *Gr. virg.* 25. *ed. nov.* 32.

LOC. Rhodisland. — Virginia. *Biennis.*

PHARM.

QVAL. Odor plantae nauſeoſus, teter.

VIS: Fructus diureticus insignis. *Clayt.*
Baccae a pueris comeduntur.

58. SOLANVM *Dulcamara* caule inermi frutescente flexuoso, foliis superioribus hastatis, racemis cymosis. *Linn. Sp. pl.* 264. *Mat. med.* 165.

LOC. Long-Island; ad sepes inveni. *Frutex.*
PHARM. *Dulcamarae* Stipites. ℥ij.
QVAL. nauseosa, dulcis
VIS: anodyna, repellens, pellens, purificans, diuretica.
VSVS: Contusio, Rheumatismus, Arthritis, Icterus, Pleuritis, Peripneumonia, Asthma, Dyslochia, Scabies.
COMP. Decocta mundificantia; Infus. traumaticum *Full.*

59. SOLANVM *nigrum* caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, umbellis nutantibus. *Linn. Sp. pl.* 266.

Var. ε. *virginicum* ramis angulatis dentatis, foliis integerrimis glabris. *Linn. Sp. pl.* 266. *Gr. virg. ed. n.* 32.

LOC. Rhodisland. — Virginia. *Annua.*
PHARM. *Solani* Herba, ▽, ◎.
QVAL. virosa. *Rarior.*
VIS: anodyna, hypnotica, paregorica, repellens, refrigerans.
VSVS: Phlegmone, Proctalgia, Scirrhus, Paronychia.
COMP. Empl. de Solano. — Contusa fronti imposita capitis dolores lenit. *Vogel.*

SOLANVM *tuberosum* — Cultum ubique.

CAPSI-

CAPSICVM *annuum* -- hoſpitans in hortis fere omnibus.

60. CHIRONIA *angularis*, herbacea caule acutangulo, foliis ovatis. *Linn. Sp. pl.* 262. *Wild-Succory.*

LOC. Penſylvaniae, Noveboraci, Virginiae, nemora, ſicca. *Annua.*

PHARM. *Chironiae* Herba.

QVAL. aromatica, amara.

VIS:

VSVS: Infuſum in Febribus.

61. SIDEROXYLON *lycioides*, ſpinoſum, foliis deciduis. *Linn. Sp. pl.* 279. Canadae frutex.

Turled-Bay? *Hamburg. Magaz. XVII. p.* 507. Georgiae frutex.

Baccae nigrae dulceſcentes, ad Diarrhoeam prodeſſe dicuntur.

62. CEANOTHVS *americanus*, foliis trinerviis. *Linn. Sp. pl.* 284. *Mat. med.* 175. *Gr. virg.* 25. *ed. n.* 32. *Mill. ic. t.* 86. — *Red-root.*

LOC. Noveboracum, Carolina. *Frutex, vulgaris.*

PHARM. *Ceanothi* Folia, Radix.

QVAL. adſtringens. (Decoct. rad.) rubro-tinctoria.

VIS: purgans. (Dec. rad.) purificans, fol. *Culinaris, uſitata.*

VSVS: Syphilis eiusque ſymptomata. Tumores chronici.

Decoct. colorem limpidum Vini Maderani acquirit.

RIBES

RIBES *rubrum.* *Linn. Spec. pl.* 291. *M. med.* 176.
In hortis et ſepibus hoſpitatur.

63. RIBES *nigrum*, inerme, racemis piloſis, floribus oblongis. *Linn. Spec. pl.* 291. *Mat. med.* 177.
LOC. Noveboracum — Penſylvania. *Frutex.*
PHARM. *Ribium nigrorum* Herba, Baccae ſiccae, Syrupus.
QVAL. acidiuſcula, Hb. tetra. *Rarior, praeſtans.*
VIS: anodyna, repellens, pellens, diuretica, purificans.
VSVS: Angina! Febres exanthematicae, Rabies, Hydrophobia, Dyſenteria! Ictus Serpentum.

64. HEDERA *quinquefolia*, foliis quinatis ovatis ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 292. *Gr. virg.* 24. *ed. n.* 34. *Cold. nov.*
Hederae arboreae, Europ. apte ſubſtituenda.
LOC. Canada — Virginia. *Frutex.*
PHARM. *Hederae* Lignum, Folia, Reſina, Baccae.
QVAL. Fol. amara. Bacc. acida.
Rarior praeſtans.
VIS: vulneraria, ſophiſticans.
VSVS: Ulcera, Fonticuli, Atrophia, Rhachitis, Ozaena, Epiphora. — Folia aceto macerata Clavos pedum ſanant.

65. VITIS *vinifera* foliis lobatis ſinuatis nudis. *Linn. Sp. pl. p.* 293. *Mat. med.* 179.
LOC. Orbis totus temperatus.
PHARM. *Vitis* Folia. Paſſulae, Vinum, Acetum.
QVAL. acido-dulcis.

VSVS:

VSVS: Tuſſis, Stranguria.

COMP. Syr. Althaeae; Syr. Eryſimi; Syr. Hyſſopi. Paſſulae laxativae.

Vitis Labruſca. *Sp. pl.* ib. *Gr. virg. ed. n.* 34.

Vitis vulpina. ib. ib.

PLVMERIA *alba. Linn. Sp. pl.* 306. *Mat. med.* 184.

LOC. Inſulae Bahamenſes. *Frutex.*

Radix antiſyphilitica.

DIGYNIA.

66. APOCYNVM *androſaemifolium*, caule rectiusculo herbaceo, foliis ovatis utrinque glabris, cymis terminalibus. *Linn. Sp. pl.* 314. — *L'ouatte*, Canadenſ.

LOC. Canada — Virginia. *Biennis.*

QVAL. Succus plantae lacteus linguam urens, et effluvia plantae aeque ſuſpecta ac Toxicodendri.

67. ASCLEPIAS *ſyriaca*, foliis ovalibus ſubtus tomentoſis, caule ſimpliciſſimo, umbellis nutantibus. *Linn. Sp. pl.* 313. *Gr. virg.* 26. *ed. nov.* 37. *Kalm. it.* 3 *p.* 259.

LOC. Canada — Virginia. Sicca. *Biennis.*

Planta ſucco ſcatet lacteo ſubacri. Turiones cocti et modo aſparagi praeparati, ſine noxa eduntur. Ex ſucco florum expreſſo Saccharum brunneum, ſaporis haud ingrati, coquunt Canadenſes.

Cortice huius plantae tapiſtra ſetasque texunt monticolae. *Clayt.*

68. AS-

68. ASCLEPIAS

LOCVS Noveboraci arida.

VSVS: Radicis infusum spirituosum in Rheumatismo. Decoctum Catharticum. Radix optimum esse creditur autidotum Veneni Aethiopum. (Negro-Poyson.)

69. ASCLEPIAS *tuberosa*, foliis alternis lanceolatis, caule divaricato piloso. *Linn. Sp. pl.* 316. *Amoen. acad.* 4. *p.* 517. — *Canada-root.*

LOC. America borealis. *Biennis.*

PHARM. *Asclepiadis tuberosae* Radix.

QVAL. leniter adstringens.

VIS: diaphoretica. ℥j..

VSVS: Colica, pulv. radic. – Hysteria. Haemorrhagiae; decoct. aquos. -- Dysenteria, decoct. vinosum!

70. CHENOPODIVM *Bonus Henricus*, foliis triangulari-sagittatis integerrimus, spicis compositis aphyllis. *Linn. Sp. pl.* 318. *Mat. med.* 187. *Gron. virg. ed.* 2. 38.

LOC. Virginiae ruderata. *Perennis.*

PHARM. *Boni Henrici* Herba.

QVAL. oleracea. *Rarior.*

VIS: refrigerans, humectans, vulneraria.

VSVS: Paronychia, Oedema, Varix ani, Podagra, Pleuritis, Phthisis.

71. CHE-

68.' *Caulis* erectus, teres, villosus, robustus, tripedalis. *Folia* breviter petiolata, opposita, lanceolata, acuminata, basi cordata, 5-6 poll. longa, 2 circiter lata. *Umbellae* erectae; una terminalis, et una alterave lateralis; pedunculo communi pubescente. *Involucri* foliola linearia. *Calyx* reflexus. *Flores* pallide purpurei. *Nectaria* erecta, corniculata. *Odor* florum debilis.

71. CHENOPODIVM *album*, foliis rhomboideo-triangularibus erofis poftice integris: fummis oblongis, racemis erectis. *Linn. Sp. pl.* 319. *Gr. virg.* 39.

Inter obfonia receptum noxium effe creditur.

72. CHENOPODIVM *ambrofioides*, foliis lanceolatis dentatis, racemis foliatis fimplicibus. *Linn. Sp. pl.* 320. — *Mexican Tea.*

LOC. Mexico, et aliae Am. fept. regiones. *Annua.*

PHARM. *Chenopodii ambrofioidis* Herba.

QVAL. fragantior quam Botrys.

VIS: refolvens, pellens --

VSVS: Morbi pectoris.

Chenopodium multifidum — Penfylvaniae?

Odore et fapore aromatico, viribusque praecedenti fimile, fed debilius.

73. CHENOPODIVM *anthelminthicum*, foliis ovato-olongis dentatis, racemis aphyllis. *Linn. Sp. pl.* 320. *Amoen. acad.* 4. *pag.* 532. *Mat. med.* 190. *Kalm. it.* 2. 283.

Botrys pracalta frutefcens. *Gr. virg. ed. n.* 39. *Ierufalem- Oack.*

LOC. Penfylvania. *Perennis.*

PHARM. *Chenop. anthelminthici* Semina. ℥j. Succi expreffi Cochl. j. pro infant.

QVAL. graveolens. *Eximia, ufitata.*

VIS: anthelminthica!

VSVS: Lumbrici. Remed. tutum et efficax.

74. BETA *vulgaris* floribus congeftis. *Linn. Sp. pl.* 322. *Mat. med.* 192. — *Beets.*

LOC. *Biennis, culta.*

PHARM.

PHARM. *Betae rubrae*, Herba, Radix.
QVAL. aquosa, dulcis. *Culinaris, trita.*
VIS: diluens, humectans, errhina.
VSVS: Ophthalmia: Coryza sicca, Cephalalgia, Odontalgia.

75. SALSOLA *Kali*, herbacea decumbens, foliis subulatis spinosis, calycibus marginatis axillaribus. *Linn. Sp. pl.* 322. *Gr. virg.* 28.

SALSOLA *Tragus* herbacea erecta, foliis subulatis spinosis laevibus, calycibus ovatis. *Linn. Sp. pl.* 322. *Gron. virg. ed. nov.* 38.
LOC. in maritimis salsis. *Annuae.*
PHARM. *Soda.* ⊖.
VIS: stimulans, antacida, diuretica.
COMP. Sal. mirab. Glaub. Seignette etc. Sapo venetus.
Melior ex his paratur Soda, quam e Salicornia, quae interdum nullam dat.

76. VLMVS *americana*, foliis aequaliter serratis: basi inaequalibus. *Linn. Sp. pl.* 327. *Gr. virg.* 145. *ed. n.* 39. *Mill. Dict.*
LOC. Canada — Virginia. *Arbor.*
PHARM. *Ulmi* Cortex medius.
QVAL. mucilaginosa.
VIS: subadstringens, consolidans.
VSVS: Vulnera, Morbi cutis.

77. VLMVS procerior foliis angustioribus, trunco per intervalla viminibus dense congestis infra ramos obsito. *Gron. virg.* 39? *Berg. mat. med.* 112.
Salve-Bark vulgo.

LOC.

LOC. America borealis, Ierſea nova. *Arbor.*
PHARM. *Cortex unguentarius.*
QVAL. inſipida, inodora, mucilaginoſa.
VIS: emolliens, obtundens, conſolidans.
VSVS: Vulnera! *Berg.*

78. SWERTIA *difformis*, corollis quinquefidis: terminali ſexfida, pedunculis longiſſimis, foliis linearibus. *Linn. Sp. pl.* 328. *Gr. virg.* 30. *ed. n.* 40.
LOC. Virginia.
Utilis eſt in febribus, ictero, menſibus ſuppreſſis, ſcorbuto, arthritide, et ſpecifice in morſu canis rabidi. *Clayton.*

GENTIANAE variae in America occurrunt Species:
Saponaria. *Gr. virg.* 29. *ed. n.* 40. *Cat.* 156. 1. *t.* 70. *p.* 70.
villoſa: *Gr. virg.* 145. *ed. nov.* 40.
quinquefolia. *Kalm.* *Linn. Spec. pl.* 333.
ciliata. In Canadae montibus. *L. Sp. pl* 335.
quae cunctae qualitate ſua magis minusve amara ſe commendant, viresque balſamicas, tonicas, ſtomachicas promittunt. Amaritiem tamen puriorem fortioremque in Specie quadam, humili, foliis anguſtis, in Penſylvaniae vallibus montanis (the Glades) deprehendi.

79. ERYNGIVM *foetidum*, foliis radicalibus ſubenſiformibus ſerratis; floralibus multifidis, caule dichotomo. *Linn. Sp. pl.* 336. *Mat. med.* 198. *Mill. dict. n.* 10. *Gr. virg.* 30. *ed. n.* 40.
LOC. Virginiae et Americae Calidiora.

PHARM. *Eryngii foetidi* Herba, Infuſum.
QVAL. foetida.
VIS: Antihyſterica, alexipharmaca.
VSVS: Morſus Crotaii aliorumque ſerpentum venenatorum. In febribus idem praeſtat quod Contrajerva. *Clayton.*

80. SANICVLA *marylandica* floſculis maſculis pedunculatis, hermaphroditis ſeſſilibus. *Linn. Sp. pl.* 339. *Gr. virg.* 31. *ed. n.* 42. *Mill. dict.* — *Black-Snakeroot.*
LOC. Novangliae — Virginiae; ſylvae. *Perennis.*
PHARM. *Saniculae* Radix.
QVAL.
VIS:
VSVS: In Morbis variis laudatur. Fibrae radicis pro ſetaceo in tumoribus equorum debellandis apte adhibentur.

81. DAVCVS *Carota* ſeminibus hiſpidis, petiolis ſubtus nervoſis. *Linn. Sp. pl.* 348. *Mat. med.* 203. *Gron. virg.* 31. *ed. n.* 42. — *Wild Carrot.*
LOC. Novangliae — Virginiae Campi. *Biennis.*
PHARM. *Dauci* ſylveſtris ſ. ſativi Semina.
QVAL. aquoſo-aromatica, fragrans.
VIS: diluens, humectans, carminativa, diuretica, emmenagoga.
VSVS: Stranguria, Calculus.
COMP. Sem. IV. calida majora.

82. CONIVM *maculatum* ſeminibus ſtriatis. *Linn. Sp. pl.* 349. *Mat. med.* 204.
LOC. Long-Island — Rhode-Isl. *Biennis.*
PHARM. *Conii* Herba, Succus, Extractum.

QVAL.

QVAL. tetra.
VIS: narcotica, venenata.
VSVS: Scirrhus, Scrophula, Carcinoma, Ulcus, Scabies —

83. ANGELICA *ſylveſtris* foliis aequalibus ovato-lanceolatis ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 261. *Mat. med.* 213. *Gr. virg.* 31. *ed. nov.* 43. — *Angelica-root.*

LOC. Virginiae — Noveboraci ſylveſtria ſubhumida. *Biennis.*

PHARM. *Angelicae* ſylveſtris Radix. Aqua, Herba, Semina, Spiritus, ℴ°ℴ, Balſ., Extr.

QVAL. acris, amara, fragrans, aromatica, calida.

VIS: alexiteria, reſolvens, carminativa, emmenagoga.

VSVS: Hyſteria.

Semina capiti inſperſa pediculos occidunt.

84. ANGELICA *atropurpurea* extimo foliorum pari coadunato: foliolo terminali petiolato. *Linn. Sp. pl.* 361.

LOC. Canada. — Radice huius venenata ſe occidere, Indigenae Canadenſes dicuntur.

85. ANGELICA *lucida* foliolis aequalibus ovatis inciſo-ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 361. *Gr. virg. ed. n.* 43.

Radix ob vires ſummas carminativas noſtratibus *Belly-ach-root*, h. e. Torminum ventris radix merito audit; et revera in morbis ventriculi et inteſtinorum a cauſa frigida, praeſertim Colica flatulenta et hyſterica expertum

 tum

tum eſt remedium; neque minus efficax in Apepſia et Anorexia, indeque orta Menſium ſuppreſſione et Chloroſi. *D. Mitchel. ſynopſ. vir.* - vid. *Gr. loc. cit.*

86. SISON *canadenſe*, foliis ternatis. *Linn. Sp. pl.* 363. *Gron. virg.* 147. *ed. n.* 44. *Kalm. it.* 3. *p.* 259.

LOC. Canada — Virginia.

VSVS: Herba, Cerefolii loco adhibetur, verno tempore.

87. CICVTA *maculata* foliorum ſerraturis mucronatis, petiolis membranaceis apice bilobis. *Linn. Sp. pl. p.* 367.

Aegopodium. *Gr. virg.* 32. *ed. n.* 44.

Angelica virginiana etc. Cumini ſapore et odore. *Moriſ.*

LOCVS: Virginiae aquoſa.

Ob affinitatem genericam cum Cicuta viroſa partim, ſuſpecta eſſe deberet; id quod teſtimonium Schwenkii, *de cicuta aquatica p.* 28, confirmat, qui hanc plantam Cephalalgiam et vertiginem cauſare dicit.

88. PASTINACA *ſativa*, foliis ſimpliciter pinnatis. *Linn. Sp. pl.* 376.

LOC. *Biennis, oleracea.*

PHARM. *Paſtinacae* Radix, Semina.

QVAL. aquoſa. *Culinaris*, Rd. *ſuperflua.*

VIS: diluens, humectans, nutriens; flatulenta, aphrodiſiaca, diuretica.

VSVS: Tertiana. Sem.

IMPE-

IMPERATORIA *Ostruthium.* *L. Sp. pl.* 371. *Mat. med.* 224.

LOC. Hospitans in hortis Lancaster etc. *Perennis.*

PHARM. *Imperatoriae* Radix.

QVAL. amaro-acris, aromatica, calida. *Trita. praestans.*

VIS: apoplegmatizans, carminativa, sudorifera, emmenagoga.

VSVS: Flatulentia, Hysteria, Colica, Serpigo, Sterilitas, Tertiana, Paralysis.

COMP. Acet. Theriacale. etc.

89. THAPSIA *trifoliata*, foliis ternatis ovatis. *Linn. Sp pl.* 376.

Sium folio infimo cordato, caulinis ternatis: omnibus crenatis. *Gr. virg.* 31. *ed. nov.* 43.

LOC.

VIS: Vulneraria habetur.

Ad hanc speciem referendam esse credo Plantam, folio radicali reniformi, glabro, serrato; cuius radices vena media caerulea distinguuntur. — Monticolae Pensylvanici illam antisyphiliticam esse, mihi indicabant. *)

TRIGYNIA.

90. RHVS *glabrum*, foliis pinnatis serratis lanceolatis, utrinque nudis. *Linn. Sp. pl.* 380. *Gron. virg.* 148. *ed. nov.* 45. *Cold. noveb.* 63. *Kalm. it.* 2. *pag.* 211. *Catesb. Carol.* 3. *t.* 3. *p.* 3.

*) Umbellataefacile omnes virtute medica pollent. Huius ordinis naturalis individua in America rariora.

LOC. Americae ſeptentrionalis altiora, ad agros et ſepes. *Frutex.*

PHARM. *Sumach* Semina, Folia, Sal eſſentiale, Radix.

QVAL. Baccae acida, ſtyptica.

VIS: adſtringens, coriaria.

VSVS: Dyſenteria, (Cort. Rad. decoct.) — Tinctorius.

Baccae Rhois glabrae, media aeſtate ſaepe efflorescentia alba, quaſi ſalina, obductae ſunt; ſaporis valde acidi. Indigenae hac ſubſtantia ad carnes condiendas utuntur. — Ex baccarum libris duabus, elixatione et evaporatione, cryſtallos puras pellucidas ad pondus drachmarum 6, et Sali Acetoſellae analogas, obtinuit Celeb. *Tromsdorf.* vid. *Taſchenbuch für Scheidekünſtl.* 1781. p. 12. Folia Tabaco intermixta fumum aromaticum et gratum Indigenis reddunt.

91. RHVS *Vernix*, foliis pinnatis integerrimis annuis opacis, petiolo integro aequali. *Linn. Sp. pl.* 380. *Mat. med.* 235. *Gr. virg.* 148. *ed. n.* 45. *). *Cold. noveb.* 64.

Sits vel Sitz diu. *Kaempf. amoen.* 791. *t.* 792.

LOC Novangliae — Virginiae paludoſa. *Arbor.*

PHARM. *Vernicis* Reſina, Oleum deſt.

QVAL.

*) Haec vera eſt arbor Vernicem Iaponicam ſelectiſſimam ſtillans, vernicem Chinenſem et Siamenſem multum ſuperantem. Cortex arboris cultro vulneratus lacteum ſuccum fundit, humore quodam cryſtallino ex aliis ductibus ſtillante permixtum, in aere nigreſcentem: Surculi divulſi, foliorum petioli et nervi eundem ſuccum produnt, nullius omnino ſaporis, ſine acredine parum calefacientem. Liquor ex caudicibus praecipue triennibus excipitur, iterata ſectione, donec exſucci marceſcant. Succo orbati caules amputandi, et nova e radice

QVAL. toxica. *Externa.*
VIS:
VSVS: Haemorrhois.
COMP. Ungu. Martatum.

RHVS *Copallinum*, foliis pinnatis integerrimis, petiolo membranaceo articulato. *Linn. Sp. pl.* 380. *Gr. virg.* 149. *ed. n.* 45. *Cold. noveb.*
LOC antecedentis.
PHARM. *Copal.* Resina. *L. Mat. med.* I. *nr.* 152.

92. RHVS *radicans*, foliis ternatis: foliolis petiolatis ovatis nudis integerrimis, caule radicante. *Linn. Sp. pl.* 381. *Gron virg.* 33. *ed. n.* 45. *Cold. noveb.* *Kalm. it.* 2, 296, 215. — *Poyson-Oak.*
LOC. Canada — Virginia.
Frutex, *scandens* (*etiam erectus*).
PHARM.
QVAL lactescens; lac chartam et lintea nigro inquinans.
VIS:
VSVS: Radices a nonnullis in Asthmate chronico bono cum successu adhibebantur in Lancaster.

93. RHVS *Toxicodendron*, foliis ternatis: foliolis petiolatis angulatis pubescentibus, caule ra-

e radice proveniet soboles. Per duplicatam chartam subtilissimam, telae aranearum pene similem, torqueri solet, ut a particulis heterogeneis mundetur; mundatae centesima circiter pars Olei Toi dicti, e Bignoniae tomentosae fructu expressi, admiscetur, et sic vasis ligneis inducta, vel pura, vel colorata, cinnabari nativa, sive atramenti materia, per Iaponiam venalis fertur. Oleum seminum expressum pro Candelis inservit. *Thunberg. fl. Iapon. p.* 12.

radicante. *Linn. Sp pl.* 381. *Gron. virg.* 149. *ed. n.* 46 *Cold. noveb.* — *Poyſon-tree, wood.*
LOC. Canada — Virginia. *Frutex.*
PHARM.
QVAL. lacteſcens, acris. Lintea colore nigro, aqua non delendo, inquinat.
VIS: rubefaciens, veſicans, inflammans.
VSVS: externus! in exanthematibus retropulſis, ophthalmia pertinaci — ? Experimenta cum ſucco foliorum inſtituere ſuadet *Ingenhouſs Verſuche mit Pflanzen p.* 184.
Succus lacteus guttatim cadit, qui aeri expoſitus mox nigreſcit.
Vapores venenati, ex omnibus arboris partibus contuſis exhalantes, ſeu potius guttula e foliis exſudantes, puſtulas acres, tumores doloresque in corpore (non omni) pariunt. *Clayt.* —
Succus cani, interne datus, non nocuit.

VIBVRNVM *prunifolium* foliis ſubrotundis crenato-ſerratis glabris. *Linn. Sp. pl.* 383. *Gr. virg.* 33. *ed. n.* 47. *Cold. noveb.* 57. — *Black-Haw.*
Baccae acido-dulces eduntur.

94. CASSINE *Peragua*, foliis petiolatis acutiuſculis, ramulis ancipitibus. *L. Mat. med.* 236. *Mill. ic. t* 83. *f.* 1.
LOC. Virginia, Carolina. *Arbor.*
PHARM. *Peraguae* Folia.
QVAL. amara.
VIS: vomitoria, purgans, ſudorifera.
VSVS: Diabetes! Colica calculoſa.

SAM-

95. SAMBVCVS *canadensis*, cymis quinquepartitis, foliis subbipinnatis, caule arboreo. *Linn. Sp. pl.* 385. *Gr. virg. ed nov.* 47.

LOC. Noveboracum — Virginia.

PHARM. *Sambuci* Cortex interior, Folia, Flores, Conserva, ▽, ⎍, Acetum, Baccae, Rob, Semina, ◎.

QVAL. acris, tetra, foetida, nauseosa.
Trita, eximia.

VIS: narcotica, anodyna, pellens alvum, sudorem, urinam, menstrua, lac.

VSVS: Erysipelas, Febres, Rheumatismus, Arthritis, Exanthemata, Fl; Rob; Dysenteria Bacc; Hydrops; Varix Ani! Cort. Odontalgia. Cort. int. decoctus, Externe. *Kalm.*

COMP. Species pro Cataplasmate.

Arboris umbra noxia. Gallinas baccae necant.

96. SAROTHRA *gentianoides. Linn. Sp. pl.* 391. *Amoen. acad.* 3. *p.* 11. 4. *p.* 518. *Kalm. it.* 2. *p.* 253.

Gentiana caule ramisque ramosissimis. *Gr. virg.* 29. *ed. n.* 47. — *Ground-pine.*

LOC. Pensylv. — Virginiae glareosa.

QVAL. graveolens. — Herba recens.

VIS: Vulneraria dicitur.

VSVS: Contusiones, Contracturae.

COMP. Unguenta, cum Conila, Conis et Hyosegamo.

Alsine media, petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. *Linn. Sp. pl.* 389. *Gr. virg.* 161. Antiscorbutica et phthisicis salutaris esca aestimatur.

PENTAGYNIA.

97. ARALIA *ſpinoſa*, arboreſcens, caule foliisque ſpinoſis. *Linn. Sp. pl.* 329. *Amoen. acad.* 4. *pag.* 521. *Gr. virg.* 34. *ed. n.* 48. — *Tooth-ash tree. Angelica-tree.*
LOC. Novebor. — Virginia. *Frutex.*
PHARM. *Araliae ſpinoſae* Cortex. - Folia, Pericarpia.
QVAL. Sapore fervido, aromatico.
VIS: ſudorifera.
VSVS: Hydrops, Rheumatiſmus, Tuſſis, Syphilis, Cort. decoct. Rheumat. chronicus. Cort. tinctura ſpirituoſa!

98. ARALIA *racemoſa*, caule folioſo, herbaceo laevi. *Linn. Sp. pl.* 393. *Amoenit. acad.* 4. *p.* 513. 521. *Cold. noveb.* 67. *Spikenard, Wild. Liquorice.*
LOC. Noveboracum, Penſylvania. *Biennis.*
PHARM. *Araliae racemoſae* Radix, Baccae.
QVAL. mucilaginoſa, balſamica? lacteſcens, ſuaveolens. Rd.
VIS: vulneraria, pectoralis.
VSVS: Pectoris morbi, Baccae; Cardialgia et alii morbi ventriculi. Dolores lumbatorum, Vulnera, Radix maſticata; Ulcera recentia; Rad. decoct. ſaturatum mucilaginoſum.

99. ARALIA *nudicaulis*, caule nudo, foliis binis ternatis. *Linn. Sp. pl.* 304. *Amoen. acad.* 4. *p.* 513, 531. *Cold. noveb.* 66. *Gr. virg.* 34. *ed.* 48. — *Saſſaparill.*
LOC. Noveboracum. — Virginia. *Biennis.*

PHARM.

PHARM. *Araliae nudicaulis* Radix.
QVAL. Rd. balſamica, ſuaveolens.
VIS: Sanguinem depurans; Saſſaparilla vulgari efficacior. *Colden.*
VSVS: Languor, Cachexia, Hydrops; Rd. decoct. — id. externe in Ulceribus impuris et Herpete (Shingles) laudatur, et Eryſipelate.
COMP. Radix contuſa cum Reſina Pini, Cataplaſmatis loco ad Mammas exulceratas extollitur. Corticem radicis contuſum indigenae vulneribus adplicant.


100 STATICE *Limonium*, ſcapo paniculato tereti, foliis laevibus enerviis ſubtus mucronatis. *Linn. Sp. pl.* 394. *Gr. virg.* 150. *ed. n.* 48.
LOC. Novebor. — Virginiae Maritima.
PHARM. *Behen rubri* Radix.
QVAL. ſtyptica. *Exoleta, ſuperflua.*
VIS: adſtringens.
VSVS: Debilitas, Haemorrhagia.

101. LINVM *uſitatiſſimum* calycibus capſulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule ſubſolitario. *Linn. Sp. pl.* 307. *Mat. med.* 242.
LOC. Amer. Septentr. provinciae omnes. *Annua, cerealis.*
PHARM. *Lini ſativi* Semina, Oleum.
QVAL. pinguis.
VIS: relaxans, obtundens, emolliens.
VSVS: Arthritis, Calculus, Colica, Haemoptyſis, etc.

Linum virginicum, *catharticum Claytono* (*Gr. virg. ed. n.* 48.) dictum; an vires *Lini cathartici* Linn. habet?

102. DROSERA *rotundifolia* fcapis radicatis, foliis orbiculatis. *Linn. Sp. pl.* 402. *Gr. virg.* 35. *ed. n.* 48. *Mat. med.* 244.
LOC. Noveboraci — Floridae paludes. *Biennis.*
PHARM. *Roris Solis* Herba.
QVAL. fubacris, lactaria. *Exoleta, dubia.*
VIS: Corrodens, fufpecta.
VSVS: Verruca? Clavus?
Ovibus noxia cenfetur. *Clayt.*

CLAS-



CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

BROMELIA *Ananas* foliis ciliato-ſpinoſis mucronatis, ſpica comoſa. *Linn. Sp. pl.* 480. *Mat. med.* 246.

LOC. Inſulae Bahamenſes; Manſueta in Florida. *Perennis.*

PHARM. *Ananas* Fructus, Cortex exterior (recens.)

QVAL. acris, ambroſiaca.

VIS: emmenagoga! *Inuſitata.*

VSVS:

PANCRATIVM *caribaeum? carolinianum? littorale? Linn.*

Ad unam alteramve huius generis ſpeciem referenda eſt ſine dubio, planta ad Inſularum Bahamenſium littora arenoſa creſcens, cuius radix bulboſa, omnibus Radicis Scillae viribus praedita, eodem cum ſucceſſu omnibus indicationibus reſpondet, proque eadem venditur.

103. ALLIVM *canadenſe*, ſcapo nudo tereti, foliis linearibus, capitulo bulbifero. *Linn. Sp. pl.* 413. *Gron. virg.* 50. *Kalm. it.* 3. 79. *Mill. Dict.* 19. — *Garlick. Landlauch.*

LOC. Canadae — Virginiae campi arenoſi. *Perenne.*

QVAL.

QVAL. Odore gravi alliaceo lac bytyrumque vernum inficit.
VIS:
VSVS: Infuſum ſpirituoſum ad Calculum.

ALLIVM *Porrum, L. Sp. pl.* 423. *Mat. m.* 246.
ſativum, Linn. Sp. pl. 425. *Mat. med.* 248.
Cepa, L. Sp. pl. 431. *Mat. med.* 249.
Coluntur in hortis fere omnibus.

104. UVVLARIA *perfoliata*, foliis perfoliatis. *Linn. Sp. pl.* 437. *Amoen. acad.* 2. *p.* 337. 4. *p.* 516. *Gr. virg.* 37. *ed. n.* 51. *Cold. nov.* 74.
LOC. Canadae — Virginiae humida.
PHARM. *Uvulariae* Radix, Herba.
QVAL.
VIS: maturans, aperiens.
VSVS: Radix aqua contuſa ad Vulnera Caudiſonae; aliaque vulnera et ulcera. Herbae decoctum ad inflammat. oris, laryngis, tonſillarum.

105. HYPOXIS *erecta*, piloſa, capſulis ovatis. *Linn. Sp. pl.* 439. — *Star of Bethlehem.* Ornithogalum. *Gr. virg. ed. nov.* 51. *Cold. noveb.*
LOC. Canada — Virginia. *Biennis.*
PHARM.
QVAL.
VIS:
VSVS: Ulcera chronica, Intermittentes.

106. ASPARAGVS *officinalis*, caule herbaceo tereti erecto, foliis ſetaceis, ſtipulis paribus. *Linn. Sp. pl.* 448. *Mat. med.* 253.
LOC. Noveboraci – Virginiae arenoſa. *Perennis.*

PHARM.

PHARM. *Asparagi* Radix, Semina.
QVAL. aquoſa, ſubdulcis, inodora, urinaria, foetida.
VIS: nutriens, diluens, humectans, debilitans, mundificans, diuretica, aphrodiſiaca.
VSVS: Calculus.
COMP. Rad. V. aperientes. Syr. Althaeae.

107. CONVALLARIA *Polygonatum* foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus ſubunifloris. *Linn. Sp. pl.* 451. *Gr. virg.* 37. *ed. n.* 52. *L. Mat. med.* 255. *Cold. noveb.* — *Weiswurzel.*
LOC. Virginia. *Perennis.*
PHARM. *Sigilli Salomonis* Radix.
QVAL. fatua, mucilaginoſa; farinoſa.
Exoleta, dubia.
VIS: coſmetica? vulneraria.
VSVS: Sugillatio. Ophthalmia, Rd. contuſa.
Radix ſiccata, trita, cribrata panem praebet album et bonum. *Act. Acad. Holm. Vol.* 34. *p.* 150.

Convallariae Species? caule debili flexuoſo ſemipedali, foliis alternis lanceolatis acuminatis glabris, 3- nerviis; foliis in caule tantum 3. 4. 5. etc. prope Libanon Penſylvaniae mihi monſtrata fuit, et eius radicem ad Morſuram Serpentis Caudiſonae praeſtare narratum eſt. Flores non vidi.

108. CONVALLARIA *racemoſa*, foliis ſeſſilibus, racemo terminali compoſito. *Linn. Sp. pl.* 452. *Gr. virg.* 38. *ed. nov.* 52.
LOC. Canada — Virginia. *Biennis.*

VIS:

VIS: Baccae cephalicae et cardiacae genus nervoſum confortant. *Clayton.*

109. ALETRIS *farinoſa*, acaulis, foliis lanceolatis membranaceis, floribus alternis. *Linn. Sp. pl.* 456. *Amoen. acad.* 3. *p.* 11. 4. *p* 516.
Hyacinthus. *Gr. virg.* 38. *ed. nov.* 52. — *Star-graſſ. Star-root. Devils's-bit; Blazing-Star.*
LOC. Americae ſeptentrional. pinguia. *Biennis.*
PHARM. *Aletris* Radix.
QVAL. amara.
VIS: antifebrilis, leniter cathartica.
VSVS: Morſus Caudiſonae. — Infuſ. ſpirit. Dolores hyſterici, Colica ſicca.

110. YVCCA *glorioſa* foliis integerrimis. *Linn. Sp. pl.* 456. — *Palmetto-Royal.*
LOC. Carolina, Florida. *Perennis.*
PHARM. *Yuccae glorioſae* Fructus; pulpa.
QVAL.
VIS: eccoprotica.

111. YVCCA *filamentoſa*, foliis ſerrato-filamentoſis. *Linn. Sp. pl.* 457. *Gron. virg.* 152. *ed. n.* 53. — *Silkgraſſ.*
LOC. Virginiae — Floridae, arenoſa. *Perennis.*
VSVS: Radicis loco ſaponis: filamentorum et fibrarum fol. mechanicus.

ALOE *perfoliata* floribus pedunculatis cernuis corymboſis ſubcylindricis. *Linn. Sp. pl.* 457. *Mat. med.* 256. *β.* Aloe americana. *Brown. jam.* 197.
LOC. Barbados, Bahamenſ. Inſulae.
PHARM. *Aloë Succotrina.*

QVAL.

QVAL. amariſſima, nauſeoſa. *Trita, heroica.*
VIS: purgans, pellens, balſamica, ſtomachica, anthelminthica, vulneraria.
VSVS: Obſtructio, Hypochondriaſis, Icterus, Vermes.

112. AGAVE *americana*, foliis dentato-ſpinoſis, ſcapo ramoſo. *Linn. Sp. pl.* 461. *Amoen. acad.* 3. *p.* 22.
LOC. Florida, Mexico. *Perennis.*
VSVS: Medulla foliorum recentium cocta editur; Citreum ſaccharatum ſapore refert. Succus radicum coctione Mel vel Saccharum praebet; fermentatione potum inebriantem.

113. ACORVS *Calamus. Linn. Sp. pl.* 462. *Mat. med.* 267. *Gron. virg. ed. n.* 52.
LOC. Novae Angliae — Virginiae paludes. *Perennis.*
PHARM. *Calami vulgaris* Radix, Condita, Extractum, Aqua, Spiritus.
QVAL. aromatica, acris, amaricans, fragrans. *Vſitata, praeſtans.*
VIS: incidens, alexiteria! calefaciens, pellens, diuretica, ſtomachica.
VSVS: Anorexia, Febres exanthematicae malignae! Vertigo.
COMP. Troch. acori. cet.

114. ORONTIVM *aquaticum. Linn. Sp. pl.* 463. *Amoen. acad.* 3. *p.* 17. *t.* 1. *f.* 3. *Kalm. it.* 3. *p.* 54. *Gr. virg.* 113. *ed. n.* 52. *Catesb. Carol.* 1. *p.* 82. *t.* 82.
LOC. Canadae — Floridae paludes, ſcaturigines. *Biennis.*

Toakim Indigenarum, qui ſeminibus veſcuntur. Semina recentia valde acria. Radix recens etiam valde acris, hominibus noxia creditur; inter cineres cocta editur; Suibus accepta.

ACHRAS *Sapota*, floribus ſolitariis, foliis ovato-oblongis. *Linn. Sp. pl.* 471. *Mat. med.* 258. Anona foliis laurinis etc. *Catesb. Carol.* 2. *p.* 87. *t.* 87. — *Sapodill.*
LOC. Inſulae bahamenſes etc. *Arbor.*
PHARM. *Sapodillae* Semina, Cortex.
QVAL. acris.
VIS: Semina valde diuretica.
VSVS: Colica nephritica. Morbi ſyſtematis uropoei, Dyſuria. Semina decorticata plerumque 6 (interdum 12, ſed non ultra) cum aqua vel vino contuſa, quotidie ſumenda. Cortice, loco Cortic. Chinae, utuntur.

BVRSERA *gummifera*. *Linn. Sp. pl.* 471. *Cat. car.* 1. *p.* 30. *t.* 30.
LOC. Inſulae bahamenſes. *Arbor.*
PHARM. *Burſerae* Lignum, Cortex ʒj, Gummi.
QVAL. inodora, inſipida.
VIS: Simarubae analoga, ſed debilior.
VSVS: Diarrhoea, Dyſenteria. Gummi pro Balſamo vulnerario Hippiatris inſervit.

115. PRINOS *verticillatus* foliis longitudinaliter ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 471. *Gr. virg.* 39. *ed. n.* 54. — *Winter-berry.*
LOC. Novae Angliae — Virginiae paludoſa. *Frutex.*
PHARM. *Prini* Cortex.
QVAL.

VIS:

VIS: antiſeptica.
VSVS: Gangraena, Icterus.

PRINOS *glaber*, foliis apice ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 471.
Caſſine. *Mill. dict. t.* 83. *f.* 2. — Caſſine. *Catesb.* 2. *p.* 57. *t.* 57.
LOC. Canada — Carolina. *Frutex.*
Medic. Emeticum inde deſumi mihi narratum eſt; ſed neſcio ex quanam parte. —
Decoctum eius bibunt Indigenae Floridae occidentalis, atque nomine liquoris Valoris (liquor of Valour) inſigniunt; valde diureticum eſt. *Boſſu.*

116. BERBERIS *vulgaris* pedunculis racemoſis. *Linn. Sp. pl.* 109. — *Barberry-bush.*
LOC. Novae Angliae — Noveboraci Campi. *Frutex.*
PHARM. *Berberidis* Cortex, Baccae, conditae, Succus, Syrupus, Rotulae, Semen. Sal.
QVAL. Baccar. acidiſſima; *Cort.* flava, amara. *Praeſtans.*
VIS: refrigerans, attenuans, antiputredinoſa; *Cort.* tinctoria, purgans, tonica.
VSVS: Febres putridae, Cholera; *Cort.* Icterus, Leucorrhoea, Aphthae.
Succi baccar. Berberid. ℥xxiv. Citri ℥ij. Miſc. — ſeponatur per dies aliquot. Liquor. deinde clarus filtratur, ad punctum cryſtalliſat. evaporatur, et loco frigido ſervatur, et ita Sal. cryſt. Tartari analogum obtinetur. *Sim. Paulli Quadrip. botan. p.* 105.

DIGYNIA.

117. ORYZA ſativa. *Linn. Sp. pl.* 457. *Mat. med.* 260. *Cat. Carol.* 1. *p.* 14. *t.* 14. — *Rice.*
LOC. Virginiae — Floridae inundata. *Annua.*
PHARM. *Oryzae* Semina, Spiritus.
QVAL. farinoſa, dulcis. *Culinaris, frequentiſſima.*
VIS: nutriens.
VSVS: cibarius. (Diarrhoea, Dyſenteria.)

TRIGYNIA.

118. RVMEX *ſanguineus* floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granifera, foliis ovato-lanceolatis. *Linn. Sp. pl.* 476. *Mat. med.* 261.
LOC. Virginia. *Biennis.*
PHARM. *Lapathi ſanguinei* Radix, Succus, Semina.
QVAL. purpurea, auſtera.
VIS: adſtringens, refrigerans.
VSVS: Dyſenteria! Vlcus.

119. RVMEX *Britannica*, floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis: omnibus graniferis, foliis lanceolatis: vaginis obſoletis. *Linn. Sp. pl.* 774. *Amoen. acad.* 4. *p.* 522. *Gr. virg.* 39. *ed. nov.* 55. *Cold. noveb.* 83.
LOC. Novebor. — Virgin. *Biennis.*
PHARM. *Britannicae* Radix.
QVAL. ſtyptica.
VIS: adſtringens.
VSVS: Vlcera phagedaenica. Conf. *Colden flor.*

120. RV-

120. RVMEX *Acetofella*, floribus dioicis, foliis lanceolato haftatis. *Linn. Sp. pl.* 481. *Gr. virg.* 153. *ed. n.* 55.
LOC. Novanglia — Florida. *Biennis.*
PHARM. *Acetofellae* Radix, Herba.
QVAL. acido-auftera.
VIS: refrigerans, fubadftringens.
VSVS: Scorbutus.

Cancer-root, Sower-dock, quaedam Rumicis Species appellatur, cuius Succus expreffus aceto mixtus contra Impetiginem (Ringworms) et Scabiem adhibetur.

MEDEOLA *virginiana*, foliis verticillatis, ramis inermibus. *Linn. Sp. pl.* 483. *Gr. virg.* 39. *ed. n.* 55.
LOC. Nova Anglia — Virginia.
An haec vires Ipecacuanhae aemulatur? Confer. *Linn. flor. lapp.* §. 155. γ. Quaerit Gronov. loc. cit.

121. TRILLIVM *cernuum*, flore pedunculato cernuo. *Linn. Sp. pl.* 484.
Paris. *Cold. noveb.* 81. *Gr. virg. ed. n.* 56.
LOC. Noveboracum — Carolina; uda. *Biennis.*
QVAL. Indigenae hanc plantam noxiam effe et venenatam, *Coldenio* indicarunt.


122. TRILLIVM *feffile*, flore feffili erecto. *Linn. Sp. pl.* 484. *Gr. virg.* 44. *ed. nov.* 56. Solanum. *Cat. car.* 1. *t.* 50.
LOC. Virginia — Carolina. *Biennis.*
Baccae rubrae atramentum praebent rubrum; cum alumine colorem cyaneum. Sapor acidus.

Alisma cordifolia — Acris; Bobus venenosa?

HELONIAS *bullata*, foliis radicalibus lanceolatis. *Linn. Sp. pl.* 485. *Amoen. acad.* 4. *p.* 517. — *Star grass.*

LOC. Novae Caesareae — Marylandiae depressa.

Decoctum ex radice paratum, alvi tormina levare fertur.



CLAS-

CLASSIS. VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

123. AESCVLVS *Pavia*, floribus octandris. *Linn. Sp. pl.* 489. *Mill. ic.* 198. *Gr. virg. ed. n.* 57. — *Scarlet-horse-Chesnut.* — *Poyson-root. Dears-Eye. Bucks-Eye:*
LOC. Virginia — Carolina. *Frutex.*
QVAL. Rad. ſaponaria, abſtergens.
VSVS: Radix contuſa, in aqua cocta, Saponis loco ad veſtimenta lanea lavanda ſervit.

TRIGYNIA.

124. SAVRVRVS *cernuus*, foliis cordatis petiolatis, amentis ſolitariis recurvis. *Linn. Sp. pl.* 489. *Amoenit. acad.* 4. *p.* 514. *Gr. virg.* 40. *ed. nov.* 56. *Cold. noveb.* — *Lizards-tail.*
LOC. Noveboraci — Virginiae humida. *Biennis.*
PHARM. *Saururi* Radix, Folia.
QVAL. paregorica.
VIS: Radices molliunt, digerunt, maturant, diſcutiunt. *Clayton.*
VSVS: Mammae exulceratae; Rad. Catapl. — Lumbago, et dolores pectoris, fol. infuſ.



CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

TROPAEOLVM *majus* foliis peltatis subquinquelobis obtusis. *Linn. Sp. pl.* 490. *Mat. med.* 269. — *Indian-Cress.*

LOC. Peru. *Annua, mansueta.*

PHARM. *Nasturtii indici* Herba, Flores.

QVAL. aquosa, acris, oleracea.

VIS: diuretica.

VSVS: Scorbutus, Scabies.

125. OENOTHERA *biennis*, foliis ovato lanceolatis planis, caule muricato subvilloso. *Linn. Sp. pl.* 492. *Gr. virg.* 254. *ed. n.* 58. *Kalm. it.* 3 509. — *Tree-Primrose. Herbe aux Anes.*

LOC. Canada - Virginia.

Vulneraria creditur. Radices juniores, in cibos et acetaria recipiuntur.

126. OENOTHERA *mollissima*, foliis lineari-lanceolatis undulatis. *Linn. Sp. pl.* 492. *Cold. noveb.* 87. *Gr. virg.* 42. *ed. n.* 59.

LOC. Noveboraci - Virginiae et Carolinae? campi. *Annua.*

Folia vulneraria extrinsecus ad vulnera (et contusiones) creberrime usurpantur. *Clayton.*

AMYRIS Elemifera?

Frutex trifolius resinosus floribus tetrapetalis albis racemosis. *Catesb. car.* 2. *p.* 33. *t.* 33. *f.* 3.

127. VAC-

127. VACCINIVM *corymbosum*; floribus corymbosis ovatis, foliis oblongis acuminatis integerrimis. *Linn. Sp. pl.* 499.

VACCINIVM *frondosum*, racemis filiformibus foliosis, foliis oblongis integerrimis. *Linn. Sp. pl.* 499. *Gron. virg.* 155. *ed. nov.* 60. — *Whortle-berries. Huckle-berries.*

LOC. Canada -- Virginia. *Frutices.*

PHARM. *Vaccinii* Baccae.

QVAL. acidula.

VIS: subrefrigerans, subadstringens.

VSVS: Diarrhoea, Scorbutus. — Feminam quamdam hydropicam hisce baccis fortuito magna copia comestis, convaluisse, mihi Philadelphiae narratum fuit.

128. VACCINIVM *hispidulum* foliis integerrimis revolutis ovatis, caulibus repentibus filiformibus hispidis. *Linn. Sp. pl.* 501. *Gr. virg. ed. n.* 60. *Kalm. it.* 3. *p.* 37. — *Cranberries.*

LOC. Americae paludosa.

PHARM. *Oxycocci* Baccae.

QVAL. acida.

VIS: refrigerans.

VSVS: Febrium aestus.

DIGYNIA.

129. POLYGONVM *Bistorta* caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. *Linn. Sp. pl.* 516. *Mat. med.* 277.

LOC. Insulae longae prata humida. (An hospitans?) *Perennis.*

PHARM. *Biſtortae* Radix.
QVAL. ſtyptica, rubra.
VIS: adſtringens.
VSVS: Dyſenteria, Leucorrhoea, Stomacace, Profluvia.

130. POLYGONVM *Hydropiper*, floribus hexandris ſemidigynis, foliis lanceolatis, ſtipulis ſubmuticis. *Linn. Sp. pl.* 517.
LOC. Noveboraci ſubhumida. *Annua.*
PHARM. *Perſicariae* Herba.
QVAL. acris, urens, lutea.
VIS: incidens, corrodens, rubefaciens, ſtimulans, diuretica.
VSVS: Calculus! Odontalgia, Excoriatura oris.

131. POLYGONVM *Perſicaria*, floribus hexandris digynis, ſpicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, ſtipulis ciliatis. *Linn. Sp. pl.* 518. *Gr. virg.* 157. *ed. n.* 61. — *Aſthmat. Anglice.*
LOC. Noveboraci — Virginiae Culta. *Annua.*
VSVS: Folia contrita ulcera et excoriaturas Equorum ſanant; lintea (cum alumine) colore flavo tingit.

132. POLYGONVM *aviculare* floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. *Linn. Sp. pl.* 519. *Mat. med.* 279. *Gr. virg.* 44. *ed. n.* 61.
LOC. Novae Angliae — Virginiae culta, ruderata. *Annua.*
PHARM. *Centumnodiae* Herba.
QVAL. ſubinſipida, inodora. *Exoleta, ſuperflua.*
VIS: ſubadſtringens, vulneraria.
VSVS: Prolapſus.

133. PO-

133. POLYGONVM *Fagopyrum* foliis cordato-ſagittatis, caule erectiuſculo inermi, ſeminum angulis aequalibus. *Linn. Sp. pl.* 522. *Mat. med.* 280. — *Buk-wheat.*

LOC. *Annua, cerealis.*

PHARM. *Fagopyri* Semina.

QVAL. farinacea.

VIS: refrigerans, obſtipans, nutriens.

VSVS: cibarius.

SAPINDVS *Saponaria*, foliis impari pinnatis, caule inermi. *Linn. Sp. pl.* 526. *Mat. med.* 281.

LOC. Inſulae bahamenſes; Carolina (hoſpitans?)

PHARM. *Saponariae* Nuculae.

QVAL. ſpumeſcens; viſcoſa; ſubdulcis acri-amariuſcula.


VIS: ſaponacea.

VSVS: Chloroſis! Leucorrhoea.

Ad lotionem linteorum inſervit; quae tamen uſu crebriori corrodit.



CLAS-



CLASSIS IX.

ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

134. LAVRVS *indica*, foliis venoſis lanceolatis perennantibus planis, ramulis tuberculatis cicatricibus, floribus racemoſis. *Linn. Sp. pl.* 529. *Gr. virg.* 159. *ed. n.* 63. *Mill. Dict. nr.* 4.

LOC. Virginia, Carolina. *Arbor.*

QVAL. Cort. acris, aromatica, Cinnamomo appropinquans. Folia maſticata amaro-dulcia, mucilaginoſa. Ramuli juniores et petioli, dulces, mucilaginoſi.

LAVRVS *Perſea*, foliis venoſis ovatis coriaceis perennantibus, floribus corymboſis. *Linn. Sp. pl.* 529. — *Avogado Pear.*

Fructus (huius generis) maximus pyriformis viridis, pericarpio eſculento butyraceo. Inſulae Bahamenſes etc.

135. LAVRVS *Borbonia*, foliis venoſis lanceolatis, calycibus fructus baccatis. *Linn. Sp. pl.* 529. *Gron. virg.* 46. *ed. nov.* 63. *Catesb. Carol.* 1. *p.* 63. *t.* 36. *Mill. dict. n.* 5. — *Red-Laurel. Redbay.* *)

LOC. Virginia — Carolina, Georgia.

QVAL. Folia aromatica.

VSVS: Ligni: mechanicus.

135. LAV-

*) Hanc Laurum carolinenſem *Catesb.* a Borbonia *Plum.* ſeparandam eſſe judicat *Trew* in *Nov. Act. A. N. C.* 2. *app. p.* 349.

136. LAVRVS *aeſtivalis* foliis venoſis oblongis acuminatis annuis, ramis ſupraaxillaribus. *Linn. Sp. pl.* 529. *Gr. virg.* 159. *ed. n.* 63. *Cold. noveb.* 95. *Mill. dict. n.* 8. Cornus foliis ſalicis etc. *Catesb. Car.* 2. *p.* 28. *t.* 28? — *Allſpice. Spice-berry.*

LOC. Noveboracum — Florida, ad ripas rivulorum. *Frutex.*

PHARM. *Lauri aeſtivalis* Cortex, Baccae, Oleum expreſſum.

QVAL. Ligni et foliorum ſapor aromaticus debilior; fructuum fortior, ſed minus gratus; oleoſo-reſinoſus.

VIS:

VSVS: Febres intermittentes, (Decoct. foliorum) Rheumatiſmus, (oleum, externe). Oleum baccarum ad dolores colicos ſedandos inſigne. *Clayt.*

137. LAVRVS *Saſſafras* foliis trilobis integrisque. *Linn. Sp. pl.* 530. *Mat. med.* 288. *Gr. virg. ed. n.* 62. *Cold. noveb.* 94. *Kalm. it.* 2. *p.* 270, 434. Cornus Mas odorata. *Catesb. Car.* 1. *f.* 55.

LOC. Nova-Anglia — Florida. *Arbor.*

PHARM. *Saſſafras* Lignum, Cortex, Eſſentia, Aqua, Spiritus, Oleum.

QVAL. ſubdulcis, ſubacris, aromatica, fragrans, folior. mucilaginoſa. *Trita, praeſtans.*

VIS: diaphoretica, ſudorifera, pellens, corroborans, emmenagoga, flor. reſolvens, purificans. -- vulneraria, glutinans, ſiſtens!, folia maſticata.

VSVS:

vsvs: Syphilis, Cachexia, Hydrops, Scabies, Flatulentia, Catarrhus, Rheumatiſmus, Arthritis, Scorbutus, Ulcera.

ANACARDIVM *occidentale.* *Linn. Sp. pl.* 548. *Mat. med.* 290.

Pomifera indica, nuce reniformi. *Catesb. Car.* 3. *p.* 9. *f.* 9. — *Acajou.*

LOC. Inſulae Bahamenſes etc. *Arbor.*

PHARM. *Anacardii occidentalis* Nux. (Teſtae melligo.)

QVAL. melliginis exurens, nigra. *Exoleta.*

VIS: excorians, tinctoria.

vsvs: Maculae, Scabies, Impetigo.



CLAS-

CLASSIS X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

138. SOPHORA *tinctoria*, foliis ternatis ſubſeſſilibus: foliolis obovatis glabris. *Linn. Sp. pl.* 535. *Cold. noveb.* 165. *Gron. virg.* 82. *ed. n.* 64. — *Wild Indigo.*

LOC. Nova-Anglia — Virginia. *Perennis.*

Radicem decoctam contuſam, Indigenae vulneribus ſclopetariis applicant, et inflammationem inde moderari teſtantur. Tentarunt ex hac planta Smegma Indigo dictum conficere, verum ſucceſſus minime reſpondebat. *Clayt.*

CERCIS *canadenſis*, foliis cordatis pubeſcentibus. *Linn. Sp. pl.* 535. *Gr. virg.* 47. *ed. n.* 64. — *Salladtree.*

LOC. Nova-Anglia — Virginia. *Arbor.*

Flores, licet nullo fere ſapore praediti, inter acetaria recipiuntur.

139. CASSIA *liguſtrina*, foliis ſeptemjugis lanceolatis: extimis minoribus, glandula baſeos petiolorum. *Linn. Spec. pl.* 541. *Gr. virg.* 47. *ed. nov.* 65. — *Wild Senna.*

LOC Virginia — Bahama. *Frutex.*

Flower fence. Folia vi purgatrice cum Sennae Alexandrinae foliis conveniunt. *Clayt.*

Idem valet de *Caſſia marylandica* et *Chamaecriſta.*

CAS-

CASSIA *biflora.* *Linn. Sp. pl.* 540. — *Pockeroot.*
LOC. Bahama.
Radix antiſyphilitica.

140. CAESALPINIA *braſilienſis* caule foliisque inermibus. *Linn. Sp. pl.* 544. *Mat. med.* 299.
Pſeudo Santalum croceum. *Catesb. car.* 2. *t.* 51.
LOC. Bahamae, Carolinae? Colles. *Arbor.*
PHARM. *Braſilienſe* luteum Lignum.
QVAL. flava. *Exoleta.*
VIS: tinctoria.
VSVS: oeconomicus.

GVAIACVM *officinale* foliolis bijugis obtuſis. *Linn. Sp. pl.* 546. *Mat. med.* 303.
LOC. Bahama. *Arbor.*
PHARM. *Ligni Sancti (Guaiaci)* Cortex, Spiritus, Oleum, Reſina, Extractum.
QVAL. ſicca, amaricans, acriuſcula. *Trita, praeſtans.*
VIS: aperiens, purificans, pellens, viſceralis; Extr. ſternutatoria.
VSVS: Syphilis, Leucorrhoea, Arthritis, Scabies.

HAEMATOXYLVM *Campechianum.* *Linn. Sp. pl.* 549. *Mat. med.* 307. *Catesb. Car.* 2. *p.* 66. *t.* 66.
LOC. Bahama. *Arbor.*
PHARM. *Campeſcanum* Lignum; Extractum.
QVAL. ſtyptica. *Eximia.*
VIS: adſtringens, tinctoria.
VSVS: Dyſenteria!

141. SWIE-

141. SWIETENIA *Mahagoni. Linn. Sp. pl.* 548. *Mat. med.* 308.

Arbor foliis pinnatis, fructu angulofo, femine alato. *Cat. Carol.* 2. *p.* 81. *t.* 81.

LOC. Loc. Florida auftralior; Bahama. *Arbor.*
PHARM. *Mahagony* Lignum.
QVAL. color brunneo-fufcus.
VIS: mechanica.
VSVS: oeconomicus. — Cort. Hemicrania.

142. MELIA *Azedarach*, foliis bipinnatis. *Linn. Sp. pl.* 550. — *Bead-tree.*

LOC. Virginia — Carolina. *Arbor, cicur.*
PHARM. *Azedarach* Radix, Folia, Fructus.
QVAL. amara, ingrata.
VIS: purgans, Rad.
VSVS: In Malabaria decoctum foliorum ad morbos peftilentiales et malignos praeftare creditur; cataplafmatis forma ad morfuram animal. venenatorum. Parenchyma fructuum cum butyro exhibitum canibus letiferum. Fructus ab avibus non tanguntur. — Fructus contufus et coctus preloque fubmiffus oleum dat, confiftentia fevi, quo pro candelis fundendis utuntur Iaponenfes. *Thunberg.*

MONOTROPA *Hypopitys*, floribus lateralibus octandris, terminali decandro. *Linn. Sp. pl.* 555.

LOC. Canadae fylvae. *Parafitica radicum.*

Plantam ficcam ruricolae Sueci bobus et ovibus contra Tuffim exhibent.

KALMIA *latifolia*, foliis ovatis, corymbis terminalibus. *Linn. Sp. pl.* 560. *Gr. virg.* 160. *ed. n.* 65. *Kalm. it.* 2. *p.* 43. *et* 3. *p.* 148.

KALMIA *anguſtifolia*, foliis lanceolatis, corymbis lateralibus. *Linn. Sp. pl.* 561. *Gr. virg.* 21. *ed. n.* 65. *Kalm. it.* 3. *p.* 147. — *Common Laurel. Ivy.*

LOC. Noveboracum — Carolina. *Frutex.*

Utraque Ovibus maxime noxia cenſetur. *Clayt. Colden.* A capris impune editur.

143. LEDVM *paluſtre*, foliis linearibus, ſubtus hirſutis. *Linn. Sp. pl.* 561. *Mat. med.* 311.

LOC. Nova Scotia. *Frutex.*

PHARM. *Roſmarini ſylveſtris* Herba.

QVAL. amaricans, nidoroſa. *Heroica.*

VIS: narcotica, phantaſtica, cephalalgica, exanthematica, phthiriaca.

VSVS: Tuſſis ferina! Febres exanthematicae? Lepra, Scabies, Inſecta.

RHODODENDRON *maximum*, foliis nitidis ovalibus obtuſis venoſis, margine acuto reflexo, pedunculis unifloris. *Linn. Sp. pl.* 563. Kalmia *Mill. Dict. t.* 229. Chamerhododendron. *Catesb. Car.* 2. *p.* 17. *t.* 17.

LOC. Novae-Caeſareae — Carolinae rupeſtria humida. *Frutex.*

Petioli viſcoſi. Odor caulis, foliorum, capſularum fortis, teter, cimices referens, vires med. promittit.

ANDROMEDA *mariana*, pedunculis aggregatis, corollis cylindris, foliis alternis ovatis

tis integerrimis. *Linn. Sp. pl.* 564. *Gr. virg.* 49. *ed. nov.* 66.

LOC. Insulae longae campi — Virginia. *Frutex.*

Ovibus perniciosa habetur. — Huius, vel Kalmiarum folia, forte Daphnes Mezerei vel Laureolae foliis qual. analoga?

144. ANDROMEDA *arborea,* racemis secundis nudis, corollis rotundo ovatis. *Linn. Sp. pl.* 565. *Gron. virg.* 48. *ed. nov.* 67. — *Sorrel-tree.*

Frutex fol. oblongis. *Cat. car.* I. *p.* 71. *t.* 71.

LOC. Noveboracum — Carolina. *Frutex.*

Foliorum decoctum aestum febrilem mitigat, sitimque sedat. *Clayt.*

145. GVALTHERIA *procumbens. Linn. Sp. pl.* 565. *Cold. noveb.* 98. — *Mountain-Tea. Ground-Ivy.*

LOC. Canadae-Noveboraci sterilia arenosa. *Frutex.*

PHARM. *Gualtheriae* Folia.

QVAL. Fol. amaro-aromatica; Fr. sapore et adore dulci, grato.

VIS:

VSVS: Foliorum infusum theiforme.

146. ARBVTVS *Vva Vrsi,* caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. *Linn. Sp pl.* 566. *Mat. med.* 312. *Cold. noveb.* 104. — *Bearberry. Sagack-homi* Indigenis.

LOC. Canada – Noveboracum. *Frutex.*

PHARM. *Vvae Vrsi* Folia.

QVAL. styptica, inodora, tinctoria. *Rarior, praestans.*

VIS: adſtringens, coriaria, obſtipans, diuretica.
VSVS: Calculus! pulv. fol. ℥ß.
Indigenae folia Tabaco admiſcent.
Syrupus gratus, ex Baccis contuſis, aqua calida infuſis, colatis, inſpiſſatis etc. *Act. Acad. Suecic. Vol.* 34. *p.* 275.

147. PYROLA *rotundifolia*, ſtaminibus adſcendentibus, piſtillo declinato. *Linn. Sp. pl.* 567. *Mat. med.* 313. *Cold. noveb.* 99.
LOC. Canadae - Virginiae ſylvae. *Perennis.*
PHARM. *Pyrolae rotundifoliae* Herba.
QVAL. ſubſtyptica, inodora. *Rarior.*
VIS: corroborans, adſtringens.
VSVS: Vulnus.

148. PYROLA *umbellata*, pedunculis ſubumbellatis. *Linn. Sp. pl.* 567.
LOC. America ſeptentr. ſylvae. *Fruticulus.*
PHARM. *Pyrollae umbellatae* Herba.
QVAL. ſtyptica.
VIS: corroborans, adſtringens.
VSVS: Iſchias.

149. PYROLA *maculata* pedunculis bifloris. *Linn. Sp. pl.* 567. *Gr. virg.* 48. *ed. nov.* 63.
LOC. Americae ſeptentr. ſylvae. *Suffruticoſa.*
Infuſum foliorum, ante annos aliquot, ſub nomine *Pipſiſſeva*, frequentiſſime ad Febres intermittentes exhibebatur in Penſylvania.

150. PYROLA *uniflora*, ſcapo unifloro. *Linn. Sp. pl.* 568. *Mat. med.* 315.
LOC. Americae borealis ſylvae. *Perennis.*
PHARM. *Pyrolae uniflorae* Herba.

QVAL.

QVAL. ſtyptica.
VIS: adſtringens.
VSVS: Ophthalmia.

Styracem officinalem, in hortis Carolinianis hoſpitari, mihi narratum eſt.

DIGYNIA.

151. CHRYSOSPLENIVM *oppoſitifolium. L. Sp. pl.* 569.
LOC. Canadae – Noveboraci loca umbroſa humida. *Annua.*
PHARM. *Chryſoſplenii oppoſitifolii* (et alternifolii) Herba.
QVAL. ſucculenta, acris, ſubſtyptica.
VIS: aperiens, leniter roborans.
VSVS: Tuſſis, Aſthma, Infarctus abdominales.

152. SAPONARIA *officinalis*, calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. *Linn. Sp. pl.* 584. *Mat. med.* 320. *Gr. virg.* 160. *ed. n.* 68.
LOC. Virginia. *Perennis.*
PHARM. *Saponariae* Radix, Herba, Semina.
QVAL. amara, trita ſpumeſcens. *Exoleta.*
VIS: pellens, ſudorifera, diuretica, emmenagoga, anthelminthica.
VSVS: Cachexia, Leucorrhoea, Icterus, Aſcarides.

DIANTHVS *Caryophyllus*, floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ſubovatis breviſſimis, corollis crenatis. *Linn. Sp. pl.* 587.
LOC. Hoſpitans in hortis. *Perennis, cicur.*

PHARM. *Tunicae* Flores, (Corolla) Conſerva, Syrupus, Aqua, Acetum.
QVAL. fragrans. *Trita, praeſtans.*
VIS: cordialis, ſudorifera, alexiteria.
VSVS: Contagium, Exanthemata, Febres.
COMP. Spir. Embryon. - Potiones cordiales.

PENTAGYNIA.

153. OXALIS *violacea*, ſcapo umbellifero, foliis ternatis obcordatis, calycibus apice calloſis. *Linn. Sp. pl.* 621. *Gr. virg.* 161. *ed. n.* 72.
LOC. Canada — Florida.

OXALIS *ſtricta*, caule ramoſo erecto, pedunculis umbelliferis. *Linn. Sp. pl.* 624. *Gr. virg.* 161. *ed. n.* 71.
LOC. Nova-Anglia — Virginia.
PHARM. *Acetoſellae* Herba, Conſerva, Syrupus, Sal Eſſentiale.
QVAL. acida.
VIS: refrigerans, attenuans.
VSVS: Febres putridae, phlogiſticae.
COMP. Iulep. antifebr. Acetum.

SVRIANA *maritima. Linn. Sp. pl.* 624. — *Bay-Cedar.*
LOC. Bahama.
Cortex mucilaginoſus ad Fiſſuras labiorum ſanandas applicatur.

DE-

DECAGYNIA.

154. PHYTOLACCA *decandra*, floribus decandris decagynis. *Linn. Sp. pl.* 631. *Amoen. acad.* 4. *pag.* 523. *Gr. virg.* 161. *ed. n.* 72. *Cold. noveb.* 251. — *Pokeweed. Cancer-root.*

LOC. Nova-Anglia — Georgia. *Perennis.*

PHARM. *Phytolaccae* Herba recens, Succus, Radix, Baccae.

LOC. tenellae aquofa, oleracea; adultae acris.

VIS: corrodens; anodyna, draftica. Succi fol. adult. expreffi Cochl. 1-2. *Eximia, rarior.*

VSVS: Carcinoma! tinctorius. Rad. et Baccae. *Poke* vulgo, cuius fuccus fole infpiffatus in ulceribus finuofis callofis egregia praeftat, ac repetitis experimentis cancros genuinos curavit. *Colden.*

Radicis Extr. in ulceribus mali moris, labiorum et mammarum, cancro fimilibus; externe et interne. Rodendo agit.





CLASSIS XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

155. ASARVM *canadenſe* foliis reniformibus mucronatis. *Linn. Sp. pl. 633. Gr. virg.* 52. *ed. nov.* 72. *Cold. noveb.* 110. *Mill. dict. n.* 2. *t.* 53. *f.* 2.

LOC. Canadae — Virginiae nemora. *Biennis.*

ASARVM *virginicum* foliis cordatis abtuſis glabris petiolatis. *Linn. Sp. pl. 633. Gr. virg.* 162. *ed. nov.* 72. *Mill. dict. n.* 3. — *Wild Ginger. Coltsfoot.* (falſo)

LOC. Terra Mariana — Carolina. *Biennis.*

PHARM. *Aſari* Radix, ℥j. Extract. ℈j. fol. no. vj.

QVAL. amaro-acris, nauſeoſa, aromatica, calida, non ingrata. Semina acria, calida. *Trita, heroica.*

VIS: vomitoria! purgans! diuretica, diaphoretica, emmenagoga, errhina.

VSVS: Melancholia, Coryza.

Zingiberis ſylveſtris nomen huic radici haud inepte convenit, zingiberis enim ſapore, licet debiliore, radix recens praedita eſt. — Infuſum vinoſum vel ſpirituoſum in relaxatione cachectica, poſt febres intermittentes utile; vel folia nr. IV — XII cum fruſtulo Cinnamomi per noctem unam digeſta. Sed virtutes radicis in variis regionibus, non ſemper aequales. Aceto infuſa radix, vim emeticam perdit.

Aſa-

Aſarum virginicum olim pro Serpentar. virginica in Anglia vendebatur. Carolinianis *Heart-Snake Root* audit; ad Cardialgiam praecipue laudatur; ceterum viribus cum canadenſi conveniens. Huius radicem cum axungia porcina in unguentum digeſtam ad gangraenam adhibent Indigenae. Folia in axungia porcina leniter cocta in ambuſtis egregii uſus. *Clayt.*

Aſari canadenſis radices ſuaveolentes in petio vino fermentanti immerſae, liquorem gratiorem reddunt. *Cornut.*

156. WINTERANIA *Canella. Linn. Sp. pl.* 636. *Mat. med.* 327.

Arbor baccifera laurifolia aromatica. *Catesb. Carol.* 2. *p.* 50. *t.* 50.

LOC. Carolina? — Bahama.

PHARM. *Canellae albae* Cortex.

QVAL. acris, pungens, ſubamara, aromatica, fragrans. *Rarior, praeſtans.*

VIS: calefaciens, pellens, carminativa.

VSVS: Catarrhus, Haemorrhagia! Paralyſis linguae.

157. PORTVLACA *oleracea* foliis cuneiformibus, floribus ſeſſilibus. *Linn. Sp. pl.* 638. *Mat. med.* 328. *Gr. virg.* 59. *ed. n.* 73. *Cold. noveb.* 128. *Mill. dict.* 1.

LOC. Noveboracum — Virginia. *Annua.*

PHARM. *Portulacae* Herba, Conſerva, Syrupus, Aqua.

QVAL. aquoſa. *Culinaris, ſuperflua.*

VIS: diluens, humectans, refrigerans, corroborans, lac coagulans.

VSVS: Nauſea; Scorbutus, Stranguria, Calculus.

DIGYNIA.

158. AGRIMONIA *Eupatoria*, foliis caulinis pinnatis impari-petiolatis, fructibus hiſpidis. *Linn. Sp. pl.* 643. *Mat. med.* 330. *Amoen. acad.* 4. *p.* 533. *Gr. virg.* 53. *ed. n.* 74.

LOC. Noveboraci — Virginiae prata. *Perennis.*

PHARM. *Agrimoniae* Herba, Aqua.

QVAL. ſtyptica.

VIS: adſtringens, roborans, pellens, diuretica, vulneraria.

VSVS: Febres calidae. Rd. infuſ.

TRIGYNIA.

159. EVPHORBIA *maculata*, dichotoma, foliis ſerratis oblongis piloſis, floribus axillaribus ſolitariis, ramis patulis. *Linn. Sp. pl.* 652.

LOC. Novae Anglia — Carolinae, arenoſa. *Annua.*

QVAL. lacteſcens, acris.

VSVS: ad Clavos et Verrucas a nonnullis adhibetur.

160. EVPHORBIA *Ipecacuanhae*, dichotoma, foliis integerrimis lanceolatis, pedunculis axillaribus unifloris folia aequantibus, caule erecto. *Linn. Sp. pl.* 653. *Amoenit. acad.* 3. *p.* 117. *Gr. virg.* 58. *ed. n.* 75.

LOC. Canada, Virginia.

Ipecacuanha. A nonnullis, praecipue incolis Borealibus temere ad vomitum ciendum interne uſurpatur. *Clayt.*

161. EV-


161. EVPHORBIA *portulacoides*, dichotoma, foliis integerrimis ovalibus retusis, pedunculis axillaribus unifloris folia aequantibus, caule erecto. *Linn. Spec. pl.* 653. *Amoen. acad.* 3. *p.* 117. *descr.* — *Purge-root* Terrae Marianae Incolis.

LOC. Noveboracum — Marylandiae sicca.

VIS: purgans. Radicis recentis ʒj et ultra comedunt.



CLAS-



CLASSIS XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

162. CACTVS *Opuntia* articulato-prolifer laxus, articulis ovatis, ſpinis ſetaceis. *Linn. Sp. pl.* 669. *Gr. virg.* 54. *ed. nov.* 75. — *Prikly-pear.*

LOC. Noveboracum — Carolina. *Perennis.*
PHARM Opuntia.
QVAL. ſucculenta. Lotium rubrum, ab eſu fructuum.
VIS: emolliens, antiphlogiſtica, maturans.
VSVS: Articuli fiſſi, leniter toſti ad Vlcera chronica. Arthritis inflammatoria, Rheumatiſmus.

Pſidium pyriferum. *Linn. Sp. pl.* 672. — *Guava.*
LOC. Bahama. Fructus dulcis. — Folia ad fiſſuras labiorum et mammarum applicantur.

MYRTVS *communis* floribus ſolitariis, involucro diphyllo. *Linn. Sp. pl.* 673. *Mat. med.* 235.
LOC. Virginia. (hoſpitans.) *Arbor.*
PHARM. *Myrti* Folia, Baccae, Oleum.
QVAL. ſubſtyptica, aromatica, fragrans. *Rarior.*
VIS: calefaciens, corroborans, adſtringens.
VSVS: Profluvia.

PVNICA *Granatum* foliis lanceolatis, caule arboreo. *Linn. Sp. pl.* 676. *Mat. med.* 338.
LOC. Carolina — Florida. *Arbor, manſueta.*

PHARM.

PHARM. *Balauſtiorum* Flores.
Malicorium.
Granatorum Semina, Syrupus.

QVAL. ſtyptica, rubra. *Trita, praeſtans.*

VIS: adſtringens, laxans, anodyna fl.; pellens, diuretica, anthelminthica.

VSVS: Cephalalgia, Prolapſus.

COMP. Troch. Carabe, Pulv. dyſentericus, Gargarismata.

163. AMYGDALVS *Perſica*, foliorum ſerraturis omnibus acutis, floribus ſeſſilibus ſolitariis. *Linn. Sp. pl. 676. Mat. med.* 338.

LOC. Canada — Florida. — (Indigena nonnullis creditur.) *Arbor, frequens.*

PHARM. *Perſicae* Flores, Syrupus, Nuclei, Aqua.

QVAL. amara.

VIS: anodyna, carminativa, pellens, diuretica, anthelminthica.

VSVS: Vermes, Colica, Ebrietas, Calculus, Tympanitis.

Amygdalus communis - rarior - in hortis aliquibus.

164. PRVNVS *virginiana* floribus racemoſis, foliis deciduis baſi antice glanduloſis. *Linn. Sp. pl.* 677.

VSVS: In febribus tertianis utilis eſſe creditur. *Clayt.*

Hele-

Helenium? — an eadem, diverſane ſpecies? Planta 3 - 4. ped. ramoſa, fol. alternis decurrentibus inciſis. — Recept. conicum nudum. Semina villoſa. Pappo 2 - 3. dentato, ſubulato.

Sneeze-root. Penſylvanis. — Omnes plantae partes, tam recentes quam ſiccae, maxime autem folia, acres, erhinae, ſternutatoriae. *Bartram.*

An: Ptarmicae affinis, altiſſima frutescens annua? *Gron. virg. ed. n.* 126.

Eclipta erecta. *Mill. dict. n.* 2.

Folia contrita ſuccum nigrum praebent, quo ad capillos tingendos utuntur nonnulli.

266. CHRYSANTHEMVM *Leucanthemum*, foliis amplexicaulibus oblongis: ſuperne ſerratis, inferne dentatis. *Linn. Sp. pl.* 1251. *Mat. med.* 526. *Gr. virg. ed. n.* 126.

LOC. Novae Angliae – Virginiae paſcua. *Perennis.*

PHARM. *Bellidis pratenſis* Herba.

QVAL. ſubacris, penetrans, piperata in decocto. Fol. odorata. *Clayt.*

VIS: diuretica, vulneraria.

VSVS: Phthiſis, Aſthma, Tinea.

267. ANTHEMIS *Cotula*, receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus nudis. *Linn. Sp. pl.* 1261. *Amoen. acad.* 4. *p.* 522. *Mat. med.* 530. *Gr. virg.* 127. — *May-flower.*

LOC. Novae Angliae — Virginiae agri. *Annua.*

PHARM. *Cotulae foetidae* Herba, Flores.

QVAL. foetida, amara. *Inuſitata, eximia.*

VIS: anodyna, pellens, repellens.

VSVS:

VSVS: Hyſteria! Epilepſia, Hydrops, Scrophula, Aſthma. — Infuſ. Rheumatiſmus, Contuſiones.

268. ACHILLEA *Millefolium* foliis bipinnatis nudis, laciniis linearibus dentatis, caulibus ſuperne ſulcatis. *Linn. Sp. pl.* 1267. *Màt. med.* 534. *Gr. virg. ed. n.* 127.

LOC. Novae Angliae — Virginiae paſcua, prata. *Perennis.*

PHARM. *Millefolii* Herba, Eſſentia, Extr. ▽, ℅.

QVAL. amaricans, nidoroſa.

VIS: narcotica, inebrians, tonica, ſiſtens evacuationes, vulneraria.

VSVS: Hypochondriaſis, Haemorrhois, Haemoptyſis, Vulnus.

POLYGAMIA FRVSTRANEA.

269. HELIANTHVS *annuus* foliis omnibus cordatis, trinervatis, floribus cernuis. *Linn. Sp. pl.* 1277. — *Sunflower.*

LOC. Mexico. Amer. ſept. horti. *Annua.*

PHARM. *Helianthi* Semina, ◎.

QVAL. oleoſa.

Sem. trita, inter laminas ferreas conquaſſata oleum largiter praebent. *Amer. philoſ. Transact. Vol.* 1. *p.* 234. etc.

270. HELIANTHVS *tuberoſus*, foliis ovato-cordatis triplinerviis. *Linn. Sp. pl.* 1277. *Mill. dict. n.* 3. *Gr. virg. ed. n.* 129. — *Jeruſalem-Articboke.*

Radix

Radix tuberoſa, dulcis, eſculenta; ſaccharum, Cereviſiam etc. praebet.

271. HELIANTHVS *giganteus*, foliis alternis lanceolatis ſcabris baſi ciliatis, caule ſtricto ſcabro. *Linn. Sp. pl.* 1278. *Gr. virg.* 129.
Seminum farina, mixta cum farina Zeae Mays, panem praebet haud ſpernendum.

272. RVDBECKIA *purpurea*, foliis lanceolato-ovatis alternis indiviſis, petalis radii bifidis. *Linn. Sp. pl.* 1280. *Gr. virg.* 130. *Mill. dict. t.* 224 *f.* 1.
Chryſanthemum doronici folio. *Cat. Carol.* 2. *p.* 59. *t* 59.
LOC. Virginia — Carolina. —
Radix ſapore acri et fervidiſſimo, ad ulcera equorum dorſalia ſananda plurimum valere fertur. *Clayt.*

Coreopſis verticillata foliis decompoſito-pinnatis linearibus. *Linn. Sp. pl.* 1281. *Gr. virg. ed. n.* 131. *Mill. dict. n.* 3.
Petalis huius plantae (quamvis flavis) Incolae occidentales pannos colore rubro tingunt. *Clayt.*

273. CENTAVREA *Benedicta* calycibus duplicato-ſpinoſis lanatis involucratis, foliis ſemi-decurrentibus denticulato ſpinoſis. *Linn. Sp. pl.* 1296. *Mat. med.* 537.
Cnicus caule diffuſo, foliis dentato-ſinuatis. *Gr. virg. ed. n.* 117.
LOC. Virginia. *Annua.*

PHARM.

PHARM. *Cardui Benedicti* Herba, Conſerva, ▽, Acetum, Flores, Semina.

QVAL. amariſſima. *Vſitata, praeſtans.*

VIS: balſamica, antacida, tonica, pellens, purgans, ſudorifera, diuretica, ſubemetica.

VSVS: Anorexia, Cachexia, Arthritis, Vertigo, Hemicrania, Tertiana, Pleuritis, Peſtis, Sugillatio.

MONOGAMIA.

274. LOBELIA *ſyphilitica* caule erecto, foliis ovato-lanceolatis ſubſerratis, calycum ſinubus reflexis. *Linn. Sp. pl.* 1320. *Amoen. acad.* 4. *p.* 518. *Mat. med.* 540. *Gr. virg. ed. n.* 134.

LOC. Novae Angliae — Virginiae ſylvae aridae lutoſae. *Perennis.*

PHARM. *Lobeliae* Radix.

QVAL. lacteſcens, acris, nauſeoſa. *Eximia.*

VIS: pellens, purgans, emetic...

VSVS: Syphilis!

Lobelia Cardinalis, caule erecto, foliis lanceolatis ſerratis, ſpica terminali. *Linn. Sp. pl.* 1320. *Gr. virg.* 134.

QVAL. lacteſcens, acris.

VSVS: idem?

275. LOBELIA *inflata*, caule erecto, foliis ovatis ſubſerratis pedunculis longioribus, capſulis inflatis. *Linn Sp. pl.* 1320. *Gr. virg.* 134.

QVAL. Rad. adſtringens.

VSVS: Ophthalmia.


276. IMPATIENS *Noli tangere*, pedunculis multifloris solitariis, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. *Linn. Sp. pl.* 1329. *Gron. virg. ed. n.* 135. *Cold. noveb.* 207.

LOC. Canadae — Virginiae nemora. *Annua.*

Venenata perhibetur. Folia extus imponi possunt haemorrhoidibus. *Vogel.* — Emetica, eccoprotica. Tinctoria.

Herbae decoctum diureticum, in morbis urinariis; — ad lotionem vulnerum, adhibetur.



CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

DIANDRIA.

277. ORCHIS floribus ſparſis, nectario pedunculum ſuperante, labio infimo lineari. *Gr. virg. ed. n.* 137.
Radix Venerem ſtimulat. *Clayt.*

EPIDENDRON *Vanilla* ſcandens, foliis ovato-oblongis nervoſis ſeſſilibus caulinis, cirrhis ſpiralibus. *Linn. Sp. pl.* 1347.
Volubilis ſiliquoſa, plantaginis folio. *Cat. Carol.* 3. *p.* 7. *t.* 7.
LOC. Bahama. *Paraſitica, Frutex.*
PHARM. *Vanillae* Siliqua. ℥ß.
QVAL. pinguis, ambroſiaca.
VIS: calefaciens, corroborans, cephalica, diuretica, aphrodiſiaca.
VSVS: Melancholia, Atecnia.
COMP. Chocolata.

278. ARETHVSA *bulboſa? Linn. Amoen. acad.* 4. *p.* 518.
Radix contuſa auribus admota otalgiam compeſcit, et ad apoſtemata aperienda mirifice confert.

PENTANDRIA.

279. PASSIFLORA *lutea*, foliis trilobis cordatis aequalibus obtuſis glabris integerrimis. *Linn. Sp. pl.* 1358. *Gr. virg. ed. n.* 140.

Fructus,

Fructus ſubacidus; Syrupus inde paratur, gratus et in febribus utilis.

PASSIFLORA *incarnata*; foliis trilobis ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 1360. *Gr. virg.* 140.
Fructus a nonnullis inter edulia habetur. *Clayt.*

Paſſiflorae ſpecies, in Carolina adverſus morbum quendam epilepticum canum adhibetur (vulgo *the Staggers*) — Succus ex caule contuſo expreſſus cani propinatur, et caule ipſo corpus circumligant.

HEXANDRIA.

280. ARISTOLOCHIA *Serpentaria* foliis cordato-oblongis planis, caulibus infirmis flexuoſis teretibus, floribus ſolitariis. *Linn. Sp. pl.* 1363. *Mat. med.* 546. *Gr. virg. ed. n.* 140. *Cat. Carol.* 1. *t.* 29. — *Virginiam Snakeroot.*

LOC. Noveb. — Carolina. *Perennis.*

PHARM. *Serpentariae Virginianae* Radix, ℥ß. Eſſentia.

QVAL. acris, hircoſa odore Valerianae. *Trita, eximia.*

VIS: pellens, diaphoretica, exanthematica, alexiteria, diuretica, anthelminthica.

VSVS: Febres intermittentes, exanthematicae, Morſura.

COMP. Pulv. comit. Kent.

DECANDRIA.

281. ARISTOLOCHIA. . :

281. *Frutex* ſcandens, cortice cinereo, rugoſo. *Folia* alterna, remota, longe petiolata, gemina, cordato-ovata, acuta, integer.

LOC. Penſylvaniae montoſa, prope fluv. Ohio etc.

PHARM. . . . . *Saſſafarill - Vine.*

QVAL. Cortic. et Ligni gummoſo-reſinoſa, terebinthinacea, fragrans, calida, amariuſcula. Sem. valde amara.

VIS: pellens! diuretica!

VSVS: Decoct. in Hydrope, Cachexia, aliisque Morbis.

HELICTERES *Iſora*, foliis cordatis ſerratis, fructu compoſito contorto. *Linn. Sp. pl.* 1366. *Brown. jam.* 1. *p.* 330. *Sloan. jam.* 97. *hiſt.* 1. *p.* 22.

LOC. Bahamae inſulae. *Frutex.*

Succus radicis amaricans, vel radix ipſa, in Malabaria ad Morbos Ventriculi, Vlcera pulmonum, Exanthemata et Panaritia laudantur.

POLYANDRIA.

ARVM *eſculentum*, acaule, foliis peltatis ovatis integerrimis baſi ſemibifidis. *Linn. Sp. pl.* 1369.

In Carolina colitur. *Tanjards.* vulgo. —

ARVM *ſagittaefolium*, acaule foliis ſagittatis triangulis: angulis divaricatis acutis. *Linn. Sp. pl.* 1369. *Cat. Car.* 1. 83.

Semina recentia acria, calida; cocta autem edulia, Indigenis Americanis grata et ſalubria habentur.

ARVM

tegerrima, glabra; long. folior. poll. 6-8. latit. in med. 6-7. Petiolus teres, glaber. *Capſula* cylindrica, glabra, leviter 6-ſulcata, longit. poll. 3-5. Loculam. 6. *Sem.* plurima, ſubtriangula, plana.

ARVM *virginicum*, acaule, foliis haſtato-cordatis acutis, angulis obtuſis. *Linn. Sp. pl.* 1370. *Gr. virg. ed. n.* 142. *Kalm. it.* 2. *p.* 253. *Mill. dict. n.* 6.

Radix recens acris, urens; toſta autem edulis.

282. ARVM *triphyllum*, acaule, foliis ternatis, floribus monoicis. *Linn. Sp. pl.* 1368. *Gr. virg ed. n.* 142. *Cold. noveb.* 215. — *Indian Turnip.*

LOC. Nova Anglia — Virginia. *Perennis.*

PHARM. *Ari* Radix. ℥ß.

QVAL. acris ſeptica. *Trita, praeſtans.*

VIS: calefaciens, incidens, expectorans.

VSVS: Anorexia, Aſthma humorale, Cachexia, Obſtructio, Contuſura, Lapſus ab alto.

283. DRACONTIVM *foetidum* foliis ſubrotundis concavis. *Linn. Sp. pl.* 1372. *Cold. noveb.* 214. *Gr. virg. ed. n.* 141.

Calla aquatilis. *Gr. virg.* 1. 186. Arum americ. *Cat. Carol.* 2. *p.* 71. *t.* 71. *Kalm. it.* 3. *p.* 47. — *Skunckweed. Beerenwortel. Bonſemkruid.*


LOC. Novae Angliae — Carolinae humida, depreſſa. *Perennis.*

PHARM. *Dracontii* Radix. —

QVAL. acris, alliacea, nauſeoſa.

VIS: incidens, calefaciens, expectorans. —

VSVS: fol. contrita ad vulnera recentia et ulcera. Tuſſis conſumtiva. Scorbutus et alii Morbi ubi radix Ari officin. utilis. *Colden.*





CLASSIS XXI.

MONOECIA.

TRIANDRIA.

283. ZEA *Mays.* *Linn. Sp. pl.* 1378. — *Indian Corn.*

LOC. America ſeptentr. ubique. *Culta*, *annua*.
PHARM. *Mays.* Semina, Culmi.
QVAL. Sem. farinacea. Culm. ſaccharina.
VIS:
VSVS: diaeteticus.

TETRANDRIA.

284. BETVLA *nigra*, foliis rhombeo-ovatis acuminatis duplicato-ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 1394. *Gron. virg.* 188. *ed. n.* 146. *Mill. dict. n.* 4.

LOC. Nova-Anglia — Virginia. *Arbor*, *frequens.*
PHARM. *Betulae nigrae* Cortex, ſuccus inſpiſſatus. —
QVAL. Cortex gaudet Sapore Polygalae Senegae. *Clayt.*
Ex ſucco inſpiſſato Saccharum parari poteſt, minus tamen gratum quam Aceris ſacharini.

BETVLA *lenta*, foliis cordatis oblongis acuminatis ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 1394.
Betula julifera. *Gr. virg.* 115. *ed. n.* 3. *Mill. dict. n.* 3.
LOC. Canada — Virginia. *Arbor*, *frequens.*
PHARM. *Betulae lentae*, Cortex, Folia, Succus.

QVAL.

QVAL. Folia contrita odorem ſuavem balſamicum ſpirant. Saccharum praebet, uti antecedens.

BETVLA alba? — *Linn. Sp. pl.* 193. *Mat. med.* 554.

285. BETVLA *Alnus*, pedunculis ramoſis. *Linn. Sp. pl.* 1394. *Gr. virg.* 146.
LOC. Novae Angliae — Virginiae, humida.
Frutex, *frequens*.
PHARM. *Alni* Cortex, Folia.
QVAL. ſtyptica.
VIS: adſtringens, vulneraria, fol. recent. contuſ. lac repellens. Cort. cum Vitriolo atramentum nigrum praebet, brunneo tingit.
Coni ad nigrum tingendum adhibentur, eumque in finem vulgares exhibentur venales ſiccati in laponia. *Thunberg*.

BVXVS *ſempervirens*. *Linn. Sp. pl.* 1394. *Mat. med.* 555.
LOC. Horti.
PHARM. *Buxi* Lignum °o°. gtt. XX.
QVAL. tetra foetida, amara.
VIS: ſudorifera, mundificans. Fol. purgans, pellens.
VSVS: Hirſuties Ol. Epilepſia, Hyſteria.

286. VRTICA *dioica*, foliis oppoſitis cordatis, racemis geminis. *Linn. Sp. pl.* 1396. *Mat. med.* 557.
LOC. Noveboraci, Inſulae longae ruderata.
Perennis.
PHARM. *Vrticae majoris* Radix, Herba, ▽, Semina.

QVAL. urens tactu, fubinfipida, oleracea.
VIS: diuretica, mundificans, ftimulans *extus.*
VSVS: Icterus, Nephritis, Phthifis! Haemorrhagia, Haemoptyfis, Haemorrhois, Paralyfis externe.

287. MORVS *rubra* foliis cordatis fubtus villofis, amentis cylindricis. *Linn. Sp. pl.* 1399. *Gr. virg. ed. n.* 146. – *Red Mulberry.*
LOC. Noveboracum — Carolina. *Arbor.*
PHARM. *Mori* Rob, Syrupus (Cort. Rad.)
QVAL. Mori nigrae. *L. Mat. med.* 558. — dulci-fubacida.
VIS: refrigerans, corroborans.
VSVS: Febres putridae, Sitis, Angina. (Cort. Taenia?)
COMP. Mixturae febriles.

PENTANDRIA.

288. XANTHIVM *ftrumarium*, caule inermi, foliis cordatis trinervatis. *Linn. Sp. pl.* 1400. *Mat. med.* 559 *Gr. virg.* 188. *ed. n.* 146. — *Lowfe-burre.*
LOC. Nova Anglia — Virginia. *Annua.*
PHARM. *Xanthii* Folia, Semina, ʒß.
QVAL. luteo-tinctoria, amara, fubacris.
VIS: diaphoretica, adftringens, pellens.
VSVS: Scrophula, Herpes, Eryfipelas.

POLYANDRIA.

289. SAGITTARIA *fagittifolia*, foliis fagittatis acutis. *Linn. Sp. pl.* 1460. *Gr. virg.* 116. *ed. n.* 143. — *Arrow-head.*

LOC.

LOC. Americae ſeptentrion. fluvii, lacus.
VIS: refrigerans, adſtringens. — Radices tuberoſae coluntur et eduntur in China. *Osbeck.*

290. QVERCVS *Phellos*, foliis lanceolatis integerrimis glabris. *Linn. Sp. pl.* 1412.
Willow - Oak. *Gr. virg. ed. n.* 149. *Cat. carol.* I. *t* 16.
β Live - Oak. *Cat. carol. t.* I. *p.* 17. *t.* 17.
LOC. *α*) Penſylvania — Florida.
β) Carolinae Septentrion. — Floridae maritima.
Glandes omnium huius generis dulciſſimae, ideoque ab Americanis Indigenis colliguntur, et vario modo praeparatae, eduntur. Oleum gratum et dulce amygdalino vix inferius, praebent. *Catesby.*

291. QVERCVS *Prinus*, foliis obovatis utrinque acuminatis ſinuato - ſerratis; denticulis rotundatis uniformibus. *Linn. Sp. pl.* 1413. *Gr. virg.* 145. *Cat. Carol.* I. *t.* 18. *p.* 18.
LOC. America borealis. *Arbor.*
Chesnut - Oak. — Succus vernalis copioſus, acido - dulcis, viatoribus ſitientibus gratus. Glandes dulces, edules. Cortice coria colore rubro tingunt Americani.

292. QVERCVS *nigra*, foliis cuneiformibus obſolete trilobis. *Linn. Sp. pl.* 1413. *Gr. virg.* 117. *ed. n.* 149. *Cat. carol.* I. *p.* 20. *t.* 20. et *p.* 19. *t.* 19.
LOC. America borealis. *Arbor.*

Black - Oak. — Corticis decoctum ſaturatum ad Rheumatiſmos chronicos laudatur ab Indigenis tanquam ſpecificum. — Lanas flavo tingit.

293. QVERCVS *rubra* foliis obtuſe ſinuatis ſetaceo - mucronatis. *Linn. Sp. pl.* 1413. *Gr. virg.* 149. *Cat. carol.* 1. *p.* 23. *t.* 23. et *p.* 21. *t.* 21.

LOC. America borealis. *Arbor.*

Red - Oak. — Pulverem Corticis ſiccum ſtypticum vulneribus imponunt Indigenae; carnem luxuriantem demit; ad Coria depſanda utiliſſimus.

294. QVERCVS *alba* foliis oblique - pinnatifidis: ſinubus angulisque obtuſis. *Linn. Sp. pl.* 1414. *Gr. virg.* 117. *edit. n.* 149. *Cat. carol.* 1. *t.* 21. *f.* 2. *Kalm. it.* 2. *p.* 357.

LOC. America borealis. *Arbor.*

White - Oak. — Cortex in pulv. ſubtilem redactus Cort. peruviano ſubſtituitur, ſed nimis adſtringens; utilis in Alvi fluxu obſtinaci; lanas brunneo tingit.

295. IVGLANS *alba*, foliolis ſeptenis lanceolatis ſerratis: impari ſeſſili. *Linn. Sp. pl.* 1415. *Gr. virg.* 190. *ed. n.* 150. *Catesb. Carol. p.* 38. *t.* 38.

LOC. America ſeptentrionalis. — *Arbor.*

Hiccory. — Succus vernalis acido - dulcis, ſaccharum praebet. Nuclei ſubdulces; oleum inde

295. Alia habetur Iuglandis albae Varietas, *Bitter - nut* vocata, ob nucleorum amaritiem. — Huius Extract. ſcrup ij. cum Oleo Chamom. deſt. gtt. xij; in Colica Pictonum laudatur.

inde exprimunt Indigenae; cum aqua contusae Emulsionem dant. Radices surculorum juniorum dulces; indigenae itinerantes harum 3 - 4 comedunt, et ita famem arcent.

296. IVGLANS *nigra*, foliolis quindenis lanceolatis serratis; exterioribus minoribus, gemmulis supraaxillaribus. *Linn. Sp. pl.* 1415. *Gr. virg.* 150. *Cat. Carol.* 1. *p.* 67. *t.* 67. — *Black Wallnut.*

β. *Iuglans* foliolis lanceolatis glabris acute serratis acuminatis, pedunculorum longitudine, fere aequalibus. *Gr. virg.* 150. — *Butternut,* Noveboracens. — *White Wallnut*, Pensylvanis et Virginianis.

LOC. Noveboracum — Carolina. *Arbor.*

PHARM. *Iuglandis nigrae β.* Cortex, Extract. *gr.* 6 - 12. ʒ*β.* Nuces conditae, Oleum.

QVAL. amaricans, styptica. *Trita, praestans.*

VIS: Cortic. decoct. emetica, purgans. Cort. inter. vesicans? Cort. extr. (Aloe ruricolis appellatum) purgans! Nuces juniores aceto et aromat. conditae, stypticae.

VSVS: Corticis fibris in laqueum contortis, membrum a Caudisona vulneratum, supra vulnus, circumligatur. — Obstructiones, Icterus, Vermes, Febres intermittentes, aliique morbi.

Cum vitriolo atramentum nigrum praebent Cortex et Pericarpia, et lanas nigro tingunt; sine vitriolo autem brunneo.

297. FAGVS *Castanea* foliis lanceolatis acuminato - serratis subtus nudis. *Linn Sp. pl.* 1416.

Mat.

Mat. med. 564. Caſtanea fructu dulciori. *Gr. virg.* 151.

LOC. Novae Angliae — Carolinae ſylvae. *Arbor.*

PHARM. *Caſtaneae* fructus, Oleum, Cortex.

QVAL. dulcis, eſculenta. *Exoleta, inſida, ſuperflua.*

VIS: flatulenta, temulentans! febrilis.

VSVS: Ol. Excoriatura. Coria rubro tingit Cort. Fructus decorticati, ſiccati, contriti, adfuſa ſufficiente quant. Aquae, Saponem uſui oeconomico aeque aptum, ac ſapo communis, ſiſtunt. *Journal d' Agricult. Janv.* 1782. Succus arborum vetuſtiorum niger, inſpiſſatus atramentum ſiſtit quaſi naturale. Continet partes ferreas, acidas et calcareas. *Crell. neue Entd.* 7. *p.* 121.

298. FAGVS *pumila* foliis lanceolato-ovatis acute ſerratis ſubtus tomentoſis, amentis filiformibus nodoſis. *Linn. Sp. pl.* 1416. *Gr. virg.* 150. *Cat. Carol.* 1. *p.* 9. *t.* 9.

LOC. Noveboracum — Georgia. *Arbor.*

Chinquapin. — Fructus praecedenti dulcior; oleum largiter praebet.

299. FAGVS *ſylvatica* foliis ovatis obſolete ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 1416. *Mat. med.* 565. *Gr. virg.* 150 — *Beech.*

LOC. Canada — Virginia. *Arbor.*

PHARM. *Fagi* Fructus, Oleum, Cineres clavellati

QVAL. inſipida. *Exoleta, inſida; fr. ſuperflua.*

VIS: temulentans, cephalalgica.

VSVS:

VSVS: Corticem cum Butyro vel Oleo contusum, ad Combusturas adhibent.

300. CORYLVS *Avellana.* stipulis ovatis obtusis. *Linn. Sp. pl.* 1417. *Gr. virg.* 151. — *Hazel*, *Filberts.*

LOC. Nova Anglia — Virginia. *Frutex.*

PHARM. *Coryli* Lignum, Oleum. —

QVAL. inodora, insipida, Ol. foetida. *Exoleta*, *superflua.*

VIS: Ol. anodyna.

VSVS: Ol. Odontalgia.

301. LIQVIDAMBAR *styraciflua*, foliis palmato-angulatis: lobis indivisis acutis. *Linn. Sp. pl.* 1418. *Mat. med.* 567. *Gr. virg.* 151. *Cold. noveb.* 228. *Cat. Car.* 1. *p.* 68. *t.* 68. — *Sweetgum. Whitegum.*

LOC. Noveboracum — Mexico. *Arbor.*

PHARM. *Storacis liquidae* Resina.

QVAL. Balsamum liquido-tenax, griseum, acre, aromaticum, fragrans. – Folia trita citrum redolent.

VIS: cephalalgica, calefaciens.

VSVS: Scabies. Gummi cum Axung. in Vngu. redact. — Cort. et gummi, in Dysenteria.

Gummi obtinetur in regionib. frigid. coctione ramulorum; in australioribus autem ex trunco vulnerato stillat.

302. LIQVIDAMBAR *asplenifolium* foliis oblongis alternatim sinuatis. *Linn. Sp. pl.* 1418. *Amoen. acad.* 4. *p.* 522.

Myrica. *Gr. virg.* 155. *Cold. noveb.* 224.

LOC. Nova Anglia — Virginia. *Frutex.*

Sweet-

Sweetfern. — Infusum foliorum in rhachitide, debilitate febrili, utile. — Radix masticata sanguinem sistit. *Colden.*

MONADELPHIA.

303. PINVS *Strobus*, foliis quinis margine scabris, cortice laevi. *Linn. Sp. pl.* 1419. *Gr. virg.* 152. *Cold. noveb.* 229.
LOC. Canada — Virginia. *Arbor.*
White Pine — *Lord Weymouth's Pine* — Decoct. Turionum alvum laxat; Conorum ad Rheumatismos laudatur.

304. PINVS *Taeda*, foliis trinis. *Linn. Sp. pl.* 1419. cum Varietatibus: *Pitch pine* — *Black-pine* — *Swamp-pine* — *Yellowpine.*
LOC. Americae borealis, (praecipue maritimae) sterilia. *Arbor.*
PHARM. *Pini* Resina, Pix, Oleum picis. Terebinthina communis, cocta, Spiritus, Oleum.
QVAL. resinosa. *Trita, praestans.*
VIS: diuretica, mundificans.
VSVS: Scorbutus.

305. PINVS *Laricina*, foliis fasciculatis acuminatis setaceis cinereis. *Gr. virg.* 153. *Düroi harbk. baumz.* 1. *p.* 83. — *Tamarac.* Pensylvan.
LOC. Noveboraci — Virginiae Montium paludes. *Arbor.*
PHARM. *Laricis* Cortex, Resina, Gummi?
QVAL. resinosa, gummosa? (Pini Laricis. *Linn. Mat. med.* 570?)
VIS: diuretica; Cort. decoct.
VSVS: Oedema, Cachexia. — Equis labore exhaustis (overdone) quoque propinatur.

306. PI-

306. PINVS *balſamea* foliis ſolitariis ſubemarginatis: ſubtus linea duplici punctata. *Linn. Sp. pl.* 1421. *Gr. virg.* 152. *Mill. dict. n.* 3.

LOC. Canada — Virginia. *Arbor.*

Balm of Gilead - fir. — Folia contrita odorem balſamicum ſpirant. Inde obtinetur Balſamum canadenſe Officin. vel Terebinthina ſuaveolens, quae pro balſamo Gileadenſi in Anglia ſaepe venditatur. Qual. et Viribus cum Terebinthina Veneta convenit.

PINVS *canadenſis* foliis ſolitariis linearibus obtuſiuſculis ſubmembranaceis. *Linn. Sp. pl.* 1421.

Ex hac praecipue ſpecie Cerevifiam Canadenſes et Extractum praeparant; licet et aliae ſpecies eodem ſcopo inſerviant.

307. THVIA *occidentalis*, ſtrobilis laevibus, ſquamis obtuſis. *Linn. Sp. pl.* 1421. *Kalm. it.* 3. *p.* 389. *Gr. virg.* 153.

LOC. Canadae — Virginiae uliginoſa, ſaxoſa.

Ex foliis tritis unguentum ad dolores rheumaticos paratur. Decoct. in Tuſſi et Febribus, in Cacochymia ſcorbutica, Rheumatismis etc. utile. *Rudolph.* in *Balding. n. Magaz. VIII* 3. *p.* 235. Aquam deſtillatam in hydrope laudat *Boerhaave.*

308. CVPRESSVS *diſticha*, foliis diſtichis patentibus. *Linn. Sp. pl.* 1422. *Gr. virg.* 153. *Cat. Carol.* 1. *t.* 11.

LOC. Virginiae — Floridae humida. *Arbor.*

Nuces balſamum ſuaveolens continent. Decoctum ſtrobilorum vi gaudet diuretica, carminativa, pellente.

309. CVPRESSVS *thyoides*, foliis imbricatis; frondibus ancipitibus. *Linn. Sp. pl.* 1422. *Kalm. it.* 2. *p.* 175 *et* 3. *p.* 114. *Mill. dict. n* 5.
LOC. Penſylvaniae — Canadae ſubhumida *Arbor.*
White-Cedar. — Infuſum ligni raſpati ad appetitum ciendum laudatur. Nuces ſubfragrantes.

310. CROTON *Caſcarilla* foliis lanceolatis acutis integerrimis petiolatis ſubtus tomentoſis, caule arboreo. *Linn. Sp. pl.* 1424.
Ricinoides elaeagni folio. *Cat. Carol.* 2. *p.* 46. *t.* 46.
LOC. Florida, Bahama. *Arbor.*
PHARM. *Cascarillae* Cortex, Eſſentia.
QVAL. acris, amara, fragrans, fumo moſchato. *Trita, eximia.*
VIS: tonica, ſub-eccoprotica, thoracica.
VSVS: Febr. Exacerbantes, Tertiana, Diarrhoea febrilis.

311. IATROPHA *urens* foliis palmatis dentatis aculeatis. *Linn. Sp. pl.* 1429. *Gr. virg.* 154.
LOC. Virginia — Florida. *Herbacea, ſubfruteſcens.*
QVAL. lacteſcens, urens tactu.
VIS: forte Iatrophae Curcas vel Ricini Majoris. *Linn. Mat. med.* 578.

312. RICINVS *communis* foliis peltatis ſubpalmatis ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 1430. *Linn. Mat. med.* 579. *Mill. ic.* 219. *Gr. virg.* 153.
LOC. Virginia — Florida.
PHARM. *Ricini vulgaris, (Cataputiae Majoris)* Semina. gr. XXV. *Palmae Chriſti* Oleum.

QVAL.

QVAL. acris, amara. *Exoleta, cauta.*
VIS: draſtica, inflammatoria, gaſtriticans, anthelminthica! Ol. laxans.
VSVS: Iliaca, Colica pictonum, Nephritica, Taenia.

Hura crepitans. *Linn. Sp. pl.* 1431.
Providentia. Mexico. — *Sand-boxtree.*
Sem. emetica, draſtica.

313. HIPPOMANE *Mancinella* foliis ovatis ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 1431.
Mancanilla. *Cat. Carol.* I. 95. *t.* 95.
LOC. Georgia, Florida. — Succus lacteus, venenoſus, urens, veſicans, inflammans, depilatorius.

314. STILLINGIA *ſylvatica.* *Linn. Syſt. nat.* *p.* 637.
LOC. Carolinae Pineta.
VIS: in Syphilitide ſpecifica habetur. *Dr. Garden.*

SYNGENESIA.

315. CVCVRBITA *lagenaria* foliis ſubangulatis tomentoſis baſi ſubtus biglanduloſis, pomis lignoſis. *Linn. Sp. pl.* 1434. *Mat. med.* 581.
LOC. Americae culta. *Annua.*
PHARM. *Cucurbitae* Semina.
QVAL. ſubdulcis.
VIS: edulcorans, refrigerans.
VSVS: Febres putridae, Agrypnia, Stranguria, Nephritis.
COMP. Sem. IV. frigida majora; Species diatragacanthae.

CVCVRBITA *Citrullus* foliis multipartitis. *Linn. Sp. pl.* 1435. *Mat. med.* 582. — *Water - Melons.*
LOC. Americae culta. *Annua.*
PHARM. *Citrulli* Semina.
QVAL. VIS: VSVS: COMP. antecedentis.


CVCVMIS *Melo* foliorum angulis rotundatis, pomis torulofis. *Linn. Sp. pl.* 1436. *Mat. med.* 584. — *Musk - Melons.*
LOC. Americae culta. *Annua.*
PHARM. *Melonis* Semina, excorticata.
QVAL. VIS: VSVS: COMP. antecedentis.

CVCVMIS *fativus* foliorum angulis rectis, pomis oblongis fcabris. *Linn. Sp. pl.* 1437. *Mat. med.* 585. — *Cow - cumbers.*
LOC. Americae culta. *Annua.*
PHARM. *Cucumeris* Fructus, Semina.
QVAL. aquofo - mucilaginea.
VIS: nutriens, refrigerans.
VSVS: Phthifis! Fr.

316. SICYOS *angulata*, foliis angulatis. *Linn. Sp. pl.* 1439.
Sicyos foliis ternatis. *Gr. virg.* 154.
LOC. Canada — Mexico. *Annua.*
Wild Cowcumber — Semina amara; purgantia?



CLAS-



CLASSIS XXII.

DIOECIA.

DIANDRIA.

317. SALIX — fol. petiolatis lanceolatis acutis tenuissime serratis, supra pubescent. viridibus, subtus tomentosis glaucis.

Yellow Willow — Cortex et radices amara; infusum spirituosum ruricolis familiare, loco Cortic. peruv.

318. SALIX — fol. anguste lanceolatis, utrinque glabris, serratis, breviter petiolatis.

Swamp-Willow — Cortice febres intermittentes debellantur.

TETRANDRIA.

319. VISCVM *rubrum*, foliis lanceolatis obtusis, spicis lateralibus. *Linn. Sp. pl.* 1451. *Cat. car.* 2. *p.* 81. *t.* 81.

Viscum *purpureum* foliis obovatis racemis lateralibus. *Linn. Sp. pl.* 1451. *Cat. Carol.* 2. *p.* 95. *t.* 95. *Gr. virg.* 154.

LOC. Pensylvaniae — Georgiae arbores.

Frutices, parasitici

PHARM. *Visci* Lignum, Oleum.

QVAL. mucilaginosa.

VIS: inviscans, lubricans.

VSVS: Visci albi. *L Mat. med.* 588. Epilepsia, Vertigo, Pleuritis, Dysenteria.

320. MYRICA *Gale*, foliis lanceolatis ſubſerratis, caule ſuffruticoſo. *Linn. Sp. pl.* 1453. *Mat. med.* 589.

Myrica *cerifera*, foliis lanceolatis ſubſerratis, caule arboreſcente. *Linn. Sp. pl.* 1453. *Amoen. acad.* 4. *p.* 533. *Kalm. it.* 2. *p.* 312. *Gr. virg.* 120. *ed. n.* 155. *Cat. Carol.* 1. *p.* 69. et *p.* 13. *t.* 13. — *Candle-berry buſh.*

LOC. Novae Angliae — Georgiae ulig. *Frutices.*

PHARM. *Myrti brabanticae* Folia.

QVAL. amara, nidoroſa, luteo-tinctoria, cerifera. *Praeſtans.*

VIS: narcotica, phantaſtica, cephalalgica, exanthematica.

VSVS: Scabies! Pediculi. Arthritis, Febres ſuppreſſae, in Ruſſia. *Balding. N. Mag.* 8. *B.* Cera viridis ſaponacea, vulneraria. Radix ad Odontalgiam — Gemmae flavo tingunt.

PENTANDRIA.

321. ZANTHOXYLVM *Clava herculis*, foliis pinnatis. *Linn. Sp. pl.* 1455. *Amoen. acad. t.* 3. *p.* 16. *Gron. virg. ed. n. p.* 47. *Catesb. carol.* 1. *p.* 26. *t.* 26. — *Toothach. Pellitory.*

LOC. Terra Mariana — Florida. *Arbor.*

PHARM. *Zanthoxyli* Cortex, Semina, ℅.

QVAL. acris, penetrans, aromatica. Baccae Oleum fragrans, Citrino ſimile continent. — Folia odore Aurantiorum.

VIS: ſialagoga, adſtringens, pellens.

VSVS: Odontalgia.

SPINACIA *oleracea* fructibus ſeſſilibus. *Linn. Sp. pl.* 1456. *Mat. med.* 593. — *Spinage.*

LOC.

LOC. Horti. *Annua.*
PHARM. *Spinaciae* Herba, Semina.
QVAL. aquosa, oleracea, insipida. *Superflua.*
VIS: diluens, humectans, eccoprotica.
VSVS: cibarius.

322. CANNABIS *sativa. Linn. Sp. pl.* 1457. *Mat. med.* 594. — *Hemp.*
LOC. Agri. *Annua.*
PHARM. *Cannabis* Semina, Oleum.
QVAL. virosa.
VIS: narcotica, phantastica, dementans, anodyna, repellens.
VSVS: Gonorrhoea, Leucorrhoea, Icterus.

323. HVMVLVS *Lupulus. Linn. Sp. pl.* 1457. *Mat. med.* 595.
Lupulus sylvestris. *Gr. virg. ed. n.* 155. — *Hops.*
LOC. Agri. — sylvestris in Virginia. *Perennis.*
PHARM. *Lupuli* Coni.
QVAL. amara, nidorosa.
VIS: tonica, narcotica, phantastica, anodyna.
VSVS: Nephritica, Phrenitis, Luxatura, Alopecia. Sem. Obstipatio.

HEXANDRIA.

324. SMILAX *Sarsaparilla* caule aculeato angulato, foliis inermibus ovatis retuso-mucronatis trinerviis. *Linn. Sp. pl.* 1459. *Mat. med.* 597. *Gr. virg.* 120. *ed. n.* 156.
LOC. Noveboracum — Mexico. *Perennis.*
PHARM. *Sarsae parillae* Radix.
QVAL. sicca, amaricans, glutinosa. *Trita, praestans.*

VIS: diuretica, ſudorifera, purificans.
VSVS: Syphilis, Arthritis, Cachexia.
COMP. Decocta lignorum.

325. SMILAX *Pſeudo-China*, caule inermi tereti, foliis inermibus: caulinis cordatis, rameis ovato-oblongis quinquenerviis. *Linn. Sp. pl.* 1461. *Gr. virg.* 193. *ed. n.* 156. — *China-root.*
LOC. Nova-Anglia — Florida. *Perennis.*
PHARM. *Pſeudo-Chinae* Radix.
QVAL. ſicca, inodora.
VIS: VSVS: prioris.

SMILAX *tamnoides. Gr. virg.* 256. *Cat. carol.* 1. *p.* 52. *t.* 52. et *laurifolia. Cat. carol.* 1. *p.* 15. *t.* 15. quoque ſub nomine *China-root*, a nonnullis in uſum trahuntur varium; Cereviſiam inde parant; nigro et caeruleo tingunt baccis; utramque prioribus ſubſtituunt.

OCTANDRIA.

326. POPVLVS *nigra* foliis deltoidibus acuminatis ſerratis. *Linn. Sp. pl.* 1464. *Mat. med.* 599. *Gr. virg.* 157. *Mill. dict. n.* 3. — *Black Poplar.*
LOC. Virginia. *Arbor.*
PHARM. *Populi* oculi (gemmae rectius.)
QVAL. reſinoſa. *Exoleta.*
VIS: obtundens, emolliens, ſoporifera.
VSVS: Diarrhoea, Dyſenteria! Ambuſtura, Arthritis.
COMP. Vnguent. populeum.

327. PO-

327. POPVLVS *balſamifera* foliis ovatis ſerratis ſubtus albidis, ſtipulis reſinoſis. *Linn. Sp. pl.* 1464. *Mat. med.* 600.

Populus nigra folio maximo, gemmis balſamum odoratiſſimum fundentibus. *Cat. car.* I. *t.* 34. *p.* 34.

LOC. Noveboracum? — Carolina. *Arbor.*

PHARM. *Tacamahaca*, *vulgo.*

QVAL. Gummi - reſina, flaveſcens, fragrans.

VIS:

VSVS:

MONADELPHIA.

328. IVNIPERVS *virginiana*, foliis ternis baſi adnatis: junioribus imbricatis, ſenioribus patulis. *Linn. Sp. pl.* 1471. *Gr. virg. ed. n.* 157. *Kalm. it.* 3. *p.* 119. — *Red Cedar.*

LOC. Nova Anglia — Georgia. *Arbor.*

PHARM. *Iuniperi* Lignum, Baccae; Reſina.

QVAL. *Bacca* atro - caerulea pulvere reſinoſo albicante tecta, aromatica.

VIS; pellens, diuretica, mundificans.

VSVS:

329. TAXVS *baccata*, foliis approximatis. *Linn. Sp. pl.* 1472. Canada. — Baccae ſuſpectae ſunt; folia pecoribus nocere confirmatum eſt.



CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA.

MONOECIA.

330. CELTIS *occidentalis*, foliis oblique ovatis ſerratis acuminatis. *Linn. Sp. pl.* 1478. *Gr. virg.* 158. Baccae ad dyſenteriam commendantur.

331. VERATRVM *album* racemo ſupradecompoſito, corollis erectis. *Linn. Sp. pl.* 1479. *Mat. med.* 610.
LOC. Noveboracum, prope Kypſies-bay. *Perennis.*
PHARM. *Hellebori albi* Radix gr. VII.
QVAL. acris, nauſeoſa.
VIS: draſtica, emetica, ſternutatoria!
VSVS: Cophoſis, Mania, Epilepſia, Quartana, Scabies, Phthiriaſis.
Ovibus, Anſeribus, lethifera, noxia.

332. VERATRVM *luteum*, racemo ſimpliciſſimo, foliis ſeſſilibus. *Linn. Sp. pl.* 1479. *Amoen. acad.* 4. *p.* 521. *Gr. virg. ed. n.* 158.
LOC. Canada — Virginia.
Rattle Snake-Root. Eenborns horn. — Radix magna, tuberoſa, contorta, maſticata nauſeam movens. *Clayt.* Sialagoga. Apud noſtrates in uſu eſt. *Colden.*

VERATRVM Sabadilla? *L. Mat. med.* 611. — Mexico.

333. ATRI-

333. ATRIPLEX *Halimus*, caule fruticoſo, foliis deltoidibus integris. *Linn. Sp. pl.* 1491. *Gr. virg.* 185. *ed. n.* 160. *Mill. dict. n.* 2.
LOC. Virginiae etc. maritima. *Perennis.*
Turiones edules. Folia anodyna habentur; cum amylo vel pane triticeo cocta, cataplaſmatis forma, in Podagra adhibentur.

334. ATRIPLEX *laciniata*, caule herbaceo, foliis deltoidibus dentatis ſubtus argenteis. *Linn. Sp. pl.* 1494. *Gr. virg.* 120. *ed. n.* 160.
LOC. Novae Angliae — Virginiae maritima. *Annua.*
QVAL. Atriplic. Sativae. *Mat. med.* 615. aquoſa, oleracea, inſipida. *Exoleta, infida.*
VIS: diluens, humectans, refrigerans. —

Cluſia roſea. *Linn. Sp. pl.* 1495.
LOC. Bahama.
Gambogia quibusdam, ob ſuccum ſpiſſum flavum in fructu contentum, e quo gummireſina, Gummi guttae viribus ſimilis, obtineri dicitur. Alii perhibent, Balſ. Tolutanum ex eo parari, vel eo adulterari.

335. ACER *ſaccharinum*, foliis quinquepartito-palmatis acuminato-dentatis. *Linn. Sp. pl.* 1496. *Gr. virg. ed. n.* 161.
LOC. Canada — Virginia. *Arbor.*
Sugar-Maple. Rin-trä Suecis in Penſylvania. — Succus vernalis copioſus Saccharum praebet; — idem obtinetur quoque ex

ACERE *Negundo. L. Sp. pl.* 1497. — *White Aſh.* et

ACERE *rubro. Linn. Sp. pl.* 1496. *Kalm. it.* 2. *p.* 288. *Cold. noveb.* 85. *Cat. Carol.* 1. *t.* 62.

t. 62. — *Red Maple.* Huius cortex, lintea et lanas brunneo colore tingit.

DIOECIA.

336. GLEDITSIA *triacanthos* ſpinis triplicibus axillaribus. *Linn. Sp. pl.* 1509. *Gr. virg.* 161. *Mill. dict. n.* 2. *Cat. Carol.* 1. *t.* 43.
LOC. Noveboracum — Florida. *Arbor.*
Honey - Locuſt. — Siliquae pulpam dulcem continent; unde Mulſum praeparatur. Hiemali tempore legumina pecori grata. *Clayt.*

337. FRAXINVS *americana* foliolis integerrimis, petiolis teretibus. *Linn. Sp. pl.* 1510. *Gr. virg.* 161. *Catesb. carol.* 1. *t.* 80.
Fraxinus *excelſior*, foliolis ſerratis, floribus apetalis. *Kalm. Linn. Mat. med.* 620.
LOC. Noveboracum — Virginia. *Arbor.*
PHARM. *Fraxini* Lignum, ⊖, Cortex, Folia, Semina.
QVAL. Cort. amara. Sem. aromatica, ſingularis.
VIS: adſtringens. Sem. ſiccans. Sal. diuretica.
VSVS: Haemorrhagia, Tertiana. (Fol. Morſura Serpent.) Sem. Obeſitas.

338. DIOSPYROS *virginiana* foliorum paginis concoloribus. *Linn. Sp. pl.* 1510. *Kalm. it.* 2. *p.* 200, 255, 457. *Gr. virg.* 156. *ed. n.* 162. — *Perſimon.* Guaiacana. *Cat. carol.* 2. *p.* 76. *t.* 76.
LOC. Noveboracum — Georgia. *Arbor.*
PHARM. *Dioſpyri* Radix, Cortex, Gummi, Fructus. —
QVAL. Cort. adſtringens. Fr. auſtero - dulcis, mucilaginoſa.
VIS: ſtyptica.

VSVS:

VSVS: Haemorrhagia, Mictus cruentus! Cerevisia et Spiritus ardens inde obtinentur; vid. *Americ. Philosoph. Transact. vol. I.*

NYSSA *aquatica. Linn. Sp. pl.* 1511. pedunculis multifloris. *Gr. virg.* 121. *ed. n.* 162. *Cat. carol.* 1. *p.* 60. *t.* 60. et *p.* 41. *t.* 41. — Pedunculis unifloris. *Gr. virg. ibid.*

LOC. Noveboraci — Georgiae aquosa. *Arbor. Tupelo - tree. Black - Gum.* — Fructus amaricans. Cortex, radicis praecipue, immo et lignum, molle ad obturanda vitra inservit.

339. PANAX *quinquefolium*, foliis ternis quinatis. *Linn. Sp. pl.* 1512. *Mat. med.* 623. *Gr. virg.* 147. *ed. n.* 162. *Kalm. it.* 3. *p.* 334. *Cat. carol.* 3. *t.* 16.

LOC. Canadae — Virginiae umbrosa montium. *Perennis.*

PHARM. *Ginseng* Radix. ℈j.

QVAL. aromatica, dulcis.

VIS: cordialis, analeptica, edulcorans, expectorans.

VSVS: Atecnia, Debilitas, Marasmus.

TRIOECIA.

FICVS *Carica* foliis palmatis. *Linn. Sp. pl.* 1513. *Mat. med.* 624. — *Fig - tree.*

LOC. Carolina — Florida. *Arbor, cicur, culta.*

PHARM. *Caricae* pingues.

QVAL. dulcis, mucilaginosa, lactescens. *Trita, eximia.*

VIS: nutriens, impinguans, obtundens, lubricans, emolliens, maturans, hepatica! diuretica, eccoprotica, exanthematica.

VSVS:

VSVS: Tuſſis, Colica ſaturnina, Exanthemata, Bubo, Anthrax, Dyſtocia, Obſtipatio; nocet Scabioſis et Gingivis ulceroſis.
COMP. Enemata.

CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA.

FILICES.

340. EQVISETVM *arvenſe*, ſcapo fructificante nudo, ſterili frondoſo. *Linn. Sp. pl.* 1516. *Mat. med.* 625. *Gr. virg.* 123. *ed. n.* 163.
LOC. Novebor. — Virginiae paſcua. *Perennis.*
PHARM. *Equiſeti* Herba.
QVAL. ſicca. *Exoleta, eximia.*
VIS: adſtringens! diuretica!
VSVS: Haematuria! Gonorrhoea benigna, Profluvia, Phthiſis.

341. ADIANTVM *pedatum*, frondibus pedatis, foliolis pinnatis, pinnis antice gibbis inciſis fructificantibus. *Linn. Sp. pl.* 1557. *Kalm. it.* 3. *p.* 338. *Gron. virg.* 123. *ed. n.* 167. *Cold. noveb.* 236.
LOC. Canada — Virginia. *Perennis.*
PHARM. *Adianti pedati* (*Capill. veneris canad.*) Herba.
QVAL. (Capilli Veneris, *Mat. med.* 633.) ſicca, ſubodorata.
VIS: corroborans, diuretica.
VSVS: Obſtructio viſcerum. Ad omnes Tuſſes valet. *Clayt.*

MVSCI.

M V S C I.

342. LYCOPODIVM *Selago*, foliis ſparſis octofariis caule erecto dichotomo faſtigiato, floribus ſparſis. *Linn. Sp. pl.* 1565. *Mat. med.* 635. *Gr. virg. ed. n.* 168.

LOC. Virginia. *Perennis.*
PHARM. *Muſci erecti* Herba.
QVAL. virulenta. *Exoleta, heroica.*
VIS: draſtica, abortiva, phthiriaca.
VSVS: Hydrops, Pediculi.

343. POLYTRICHVM *commune*, caule ſimplici; anthera parallelepipeda. *Linn. Sp. pl.* 1573. *Mat. med.* 636. *Gr. virg. ed. n.* 168.

LOC. Novae-Angliae-Virginiae arida. *Perennis.*
PHARM. *Adianti aurei* Herba.
QVAL. cruda. *Exoleta, inutilis.*
VSVS: Pleuritis. (de viribus conferend. *Plum.* filic. Am. p. 2. praef. *Clayton.*)

HYPNVM *caſtrenſe* — maſticatum et vulneri a Morſura Serpentis impoſitum, utile eſſe mihi indicatum eſt.

A L G A E.

344. LICHEN *pulmonarius*, foliaceus laciniatus obtuſus glaber: ſupra lacunoſus, ſubtus tomentoſus. *Linn. Sp. pl.* 1612. *Mat. med.* 639.

LOC. Novae Caeſareae arbores. *Paraſiticus.*
PHARM. *Pulmonariae arboreae* Herba. *Praeſtans.*
QVAL. mucilaginea, amaricans.
VIS: tonica, nutriens, thoracica.
VSVS: Tuſſis, Icterus.

345. LICHEN *caninus* coriaceus repens lobatus obtuſus planus: ſubtus venoſus villoſus, pelta

pelta marginali adſcendente. *Linn. Sp. pl.* 1616. *Mat. med.* 641. *Gr. virg. ed. n.* 178.
LOC. Americae ſeptentr. ſylvae lapidesque.
PHARM. *Muſci canini* Herba.
QVAL. tetra, mephitica. *Inuſitata.*
VIS: mundificans, pellens.
VSVS: Hydrophobia! Rabies!
COMP. Pulv. antilyſſus. ℈iv.

346. LICHEN *cocciferus*, ſcyphifer ſimplex integerrimus, ſtipite cylindrico; tuberculis coccineis. *Linn. Sp. pl.* 1618. *Mat. med.* 642. *Gr. virg. ed. n.* 178.
LOC. Americae ſylvae.
PHARM. *Muſci pyxidati* Herba.
QVAL. ſicca.
VSVS: Tuſſis convulſiva.

347. LICHEN *plicatus* filamentoſus pendulus: ramis implexis, ſcutellis radiatis. *Linn. Sp. pl.* 1622. *Mat. med.* 644. *Gr. virg. ed. n.* 173.
LOC. Americae ſylvae. *Paraſiticus.*
PHARM. *Muſci arborei* Herba.
QVAL. ſicca.
VIS: adſtringens.
VSVS: Excoriatura, Haemorrhagia, Hernia umbilicalis.

348. FVCVS *ſaccharinus* caule tereti breviſſimo, Folio maximo enſiformi ſubſimplici. *Sp. pl.* 1630.
LOC. Maris atlantici litora. Eſculentus.

349. FVCVS *natans* caule tereti ramoſiſſimo, foliis lanceolatis-ſerratis, fructificationibus globoſis pedunculatis ſubariſtatis. *L. Sp. pl.* 1628.
LOC. in Pelago libere natans.
Gulfweed. — Pulvis parturientibus datur. *Kalm.* 2.

FVNGI

F V N G I.

349. AGARICVS *coriaceus* Iuglandis. Ad nodos Iuglandis albae, intra lignum nascitur. Fomes ad ignem citissime concipiendum. *Punck* hic vulgo dictus. *Gr. virg. ed. n.* 175.
VIS: Sanguinem sistens.
VSVS: Chirurgicus.

AGARICVS substantiae tenellae gelatinae, auriculae forma. *Iews-ear. Gr. virg. ed. n.* 175. An Peziza Auricula. *Linn. Mat. med.* 656?

350. LYCOPERDON *Tuber* globosum solidum muricatum radice destitutum. *Linn. Sp. pl.* 1655. *Mat. med.* 647. *Gr. virg. ed. n.* 176.
LOC. Novae Caesareae — Virginiae sylvae. *Subterrestris.*
PHARM. *Boleti Cervini.*
QVAL. hircina. *Exoleta, dubia.*
VIS: aphrodisiaca, flatulenta.
VSVS: Atecnia.
Ad panem conficiendum Indi utuntur hoc fungo, vulgo *Tuckahoo. Clayt.*

351. LYCOPERDON *Bovista* subrotundum lacerato-dehiscens. *Linn. Sp. pl.* 1653. *Mat. med.* 648.
Lycoperdon maximum dehiscens, pulvere repletum. *Gr. virg.* 176.
LOC. Noveboraci — Virginiae campi, sylvae.
PHARM. *Crepitus Lupi.*
QVAL. farinosa, styptica, nigrans. *Trita, eximia.*
VIS: adstringens, obstipans, absorbens, incrassans, gastritica, ophthalmica.
VSVS: Amputatio. Haemorrhagia! Haemorrhois, Vlcera, Intertrigo.

OBSCV-



OBSCVRAE.

352. *Old. Roberts Root.* Planta, in Turkey Creeck Settlement, Penſylvaniae, mihi viſa, non autem flores.

Radix fibroſa, fibrillis tenuibus albis. Folia radicalia, petiolis canaliculatis, glabris, obovata vel ſubrotunda, obtuſa, crenata, glabra, long. poll. 1¼ lat. 1½. Menſe Octobri flores plures parvos flavos in caule ſeſquipedali proferre dicitur. Amat Querceta ſiccca, nec copioſa invenitur.

Rad. et fol. ſapore herbaceo amaricante; pulveriſata externe applicata Vlcera aliaque cutis vitia ſanat; eodem tempore autem infuſum plantae bibendum eſt. Framboeſiam (the Yaws) quoque curare dicitur.

353. *Butterfly-root; Plèuriſy-root.* — Hoc nomine in Terra Mariana Radix quaedam inſignitur, alba, craſſitie digiti auricularis, cuius virtutes incolae in Pleuritide, aliisque morbis febrilibus, magni faciunt. Plantam non vidi; nomen vero, illam ad Diadelphiam pertinere, ſuadet. — Sapor eſt mucilagineo-dulceſcens, amaricans.

In Penſylvania nomine *Pleuriſy-root* Radix Aſclepiadis tuberoſae venit, cujus particula, dimidium pollicem magnitudine aequans, decocta pro remedio certiſſimo adverſus Pleuritidem habetur, ut nuper e literis Ven. *Muhlenbergii* didici.



MATERIA MEDICA

REGNI ANIMALIS.

CLASSIS I. MAMMALIA.

1. HOMO *Sapiens.*
Hominis, Cranium, Offa, Axungia. *L. m. m.* 1. — Superftitiofa, exoleta.

2. ELEPHAS.
Ebur foffile, ad fluvium Ohio, et alibi. *L. m. m.* 2.

3. TRICHECHVS *Manatus.* *L. Syft. Nat.* 49. *Schreb. Mammal. Tab. LXXX.*
Manati Lapis. (os petrofum.) *L. m. m.* 3.

4. CANIS *familiaris.* *L. Syft. nat.* 56.
Canis Axungia, Album graecum. *L. m. m.* 4.

5. CANIS *Lupus.* *L. Syft. nat.* 58. *Schreb. Mammal. Tab. XXXVIII.*
Lupi, Dens, Hepar, Axungia. *L. m. m.* 5.

6. α) CANIS *Cinereo-argenteus Briff.* — *Schreb. Tab. XCII. A.*
β) CANIS *Virginianus. Schreb. Tab. XCII. β. Grey-Fox. Catesb. Tom.* 2. *pag.* 78.
Vulpis Pulmones praep. Axungia. *L. m. m.* 6.

7. VIVERRA *Putorius.* *L. Syft. Nat.* 64. — *Schreb. Tab. CXXII. pag.* 449. *Skunck. Pole-Cat. Catesby. Tom.* 2. *pag.* 62.

Folliculus inter anum et genitalia, materiam oleofam et mephiticam continet, cuius vires anti-hyftericas commendat Dr. *Mutis* *).

8. VRSVS *Arctos Linn. niger. Syſt. nat.* 69.? americanus *Penn. hiſt.* 2. *p.* 286. *Schreb. p.* 512. *Bear.*
Vrſi Fel infpiffatum, Axungia. *L. m. m.* 9.

9. VRSVS *Lotor. L. Syſt. nat. p.* 70. *Schreb. Tab. CXLIII. Raccoon.*
Lotoris Axungia.

10. LEPVS *americanus, Naturf.* 20. *p.* 32. *Penn. hiſt.* 2. *p.* 372. *n.* 243.
Leporis Tali. *L. m. m.* 11. Superflua.

11. CASTOR *Fiber. L. Syſt. nat.* 78. *Schreb. Tab. CLXXV. Beaver. Cat. Carol App. p.* 29.
Caſtoreum optimum, ficcatum, Pulvis, Extractum, Tinctura. Axungia follicularis. *L. m. m.* 12.

12. CASTOR *Zibethicus. Linn. Syſt. nat.* 79. *Schreb. Tab. CLXXVI. Musk Rat. Ondathra.*
Materia oleofo-mucofa, ambrofiaca in glandulis inguinalibus fecreta, Vires Caftoreo analogas, fed debiliores, habere dicitur.

13. MVS *Monax. L. Syſt. Nat.* 81. Arctomys Monax. *Schreb. Tab. CCVIII.*
Ground-hog. Bahama Coney. *Cat. Carol. II. t.* 79. *et App p. XXVIII.*
Monacis Axungia.

14. CERVVS *Alces. L. Syſt. nat.* 92. *Schreb. Tab. CCXLVI. Mooſe or Elk. Orignal.*
Alcis Cornu, Vngula. *L. m. m.* 15.

15. CER-

*) It is confidered as conducive to clear the head and to raife the fpirit. *Carver's Travels. pag.* 422.

15. CERVUS *americanus.* *Zimmerm. zool.* 2. *p.* 129.
Virginian Deer. *Pennant. Hist. I. p.* 104.
Cervi Cornu crudum, rafpatum, praeparatum. Vftum, Sal, Spiritus, Oleum, Gelatina. Sevum. *L. m. m.* 16.

16. CERVUS *Tarandus. Linn. Syst. nat.* 93. *Schreb. Tab. CCXLVIII. Carabou.*
Vfus prioris. *L. m. m.* 11.

17. CAPRA *Hircus. L. Syst. nat.* 94.
Hirci Sanguis, Sevum. *L. m. m.* 18.

18. BOS *Taurus. L. Syst. nat.* 98. domefticus.
Bos Bifon. *L. Syst. nat.* 99. *Buffalo.*
Bovis Medulla. Fel infpiffatum. —
Lactis Butyrum, Cafeus, Serum. *L. m. m.* 20.

19. SUS *Scrofa. L. Syst. nat.* 102.
Porci Axungia. *L. m. m.* 23.

20. MONODON *Monoceros. L. Syst. nat.* 105. *Narhwal.*
Unicornu crudum, rafpatum, praeparatum. *L. m. m.* 24.

21. PHYSETER *macrocephalus. L. Syst. nat.* 107. *Spermaceti-whale.*
Ceti Sperma. L. m. m. 26.

CLASSIS II. AVES.

22. ANAS *Anser. L. Syst. nat.* 197.
Anseris (domeftici) Axungia. *L. m. m.* 28.

23. ANAS *Boschas. L. Syst. nat.* 205.
Anatis (domeftici) Axungia. *L. m. m.* 29.

24. PHASIANUS *Gallus. L. Syst. nat.* 270.
Gallinae Ovorum Teftae praeparatae, calcinatae. Vitelli. Oleum. Axungia. *L. m. m.* 32.

CLASSIS III. AMPHIBIA.

25. *α*) TESTVDO imbricata. *L. Syſt. nat.* 350. *Hawks-bill Turtle.*

β) TESTVDO *Mydas. ibid. Green Turtle.*

γ) TESTVDO *Caretta. L. Syſt.* 351. *Loggerhead.*

Caro β) (virideſcens) eſculenta, reſtaurans.

26. RANA *ocellata. L. Syſt. nat.* 356. *Bull-frog. Catesb. Carol.* 2. *p.* 72. *Ranarum* Sperma. *L. m. m.* 36.

27. LACERTA.

Lacertae cuiusdam, Americanae, vires antiſyphiliticas nuperrime laudavit, Don *Iohn Florès*, D. Med. etc. vid. Eiusdem libellus: *Specifique ſimple et aiſé nouvellement decouvert dans le Royaume de Guatimala en Amerique, pour l'entière et ſure gueriſon des chancres, de la lépre et généralément de tout ce qui a rapport aux maladies vénériennes.* Varias Lacertarum Species, etiam Europaeas, (ſecundum experimenta in Hiſpania capta), easdem poſſidere vires creditur. Lacertam Iguanam tamen Syphiliticis noxiam eſſe, monet *Linné.*

28. CROTALVS *horridus. L. Syſt. nat.* 372. *Rattle Snake.*

Crotali Bilis, cum Creta in Bolos formata, uſui medico inſervit. *Carver's Travels p.* 452. Caro exſiccata; reſtaurans. *ibid.*

29. ACIPENSER *Sturio. L. Syſt. nat.* 403. *Sturgeon.*

Colla Piſcium. Coctum gluten ex pinnis, inteſtinis, corio ad pelliculam, malaxatum, refrigeratum, in pelliculas diductum. *Linn. m. m.* 41.

CLASSIS IV. PISCES.

30. PERCA. Species in America Variae.
Percarum Lapides. Superflua. *L. m. m.* 42.

31. ESOX *Lucius. L. Syſt. nat.* 516.
Lucii Mandibulae, Axungia. *L. m. m.* 43.

CLASSIS V. INSECTA.

32. MELOE *majalis. L. Syſt. nat.* 679.
An Mel. veſicatorio (Cantharid. officinal.) ſubſtituendus.

33. COCCVS ?

34. COCCVS *Cacti* coccinelliferi. *Syſt. nat.* 942.
In Cactis Opuntiis variis Americes.
Coccionellae. L. m. m. 48.

35. CYNIPS *Roſae. L. Syſt. nat.* 917. *Bedeguar.*
Fungus Roſarum. Superſtitioſa. *L. m. m.* 50.

36. CYNIPS *Quercus ? — Gallae. L. m. m.* 51.
Omnes Quercus Species et variae illarum partes, Gallis variis obſiduntur.

37. APIS *mellifica. L. Syſt. nat.* 955.
Mel, Cera, Propolis. L. m. m. 52.

38. FORMICA *rufa. L. Syſt. nat.* 962. in America Septentr. *Kalm.*
Formicarum Sal, Oleum, Spiritus. *L. m. m.* 53.

*) *Cantharidum* officinalium loco, forte Rhois Toxicodendri, radicantis et Vernicis, vel Hippomanes Mancinellae ſucci, cautus uſus, commendandus?

39. CANCER *Gammarus; Carcinus.* *L. Syſt. nat.* 1050.
et aliae plures ſpecies.
Cancrorum Chelae, Lapides. *L. m. m.* 56. 57.

40. ONISCVS *Aſellus? Millepedes?* *L. m. m.* 58.

CLASSIS VI. VERMES.

41. LVMBRICVS *terreſtris.* *L. Syſt. nat.* 1076.
Lumbrici Pulvis, Sal, Spiritus, Oleum. *L. m. m.* 59.

42. HIRVDO *medicinalis?*


43 SEPIA *officinalis.* *L. Syſt. nat.* 1095.
Sepiae os. *L. m. m.* 61.

44. OSTREA *edulis.* *L. Syſt. nat.* 1148. (Teſta Americanis oblonga.)
Conchae, citratae. *L. m. m.* 62.

45. *Madrepora.* —
ISIDIS, SPONGIAE, CORALLINAE — Species variae in Oceano Americano.



MATE-



MATERIA MEDICA

REGNI MINERALIS.

---

1. MARMOR *rude.* *L. Syſt. nat.* 41.
   Calx viva, lota, Aqua. *L. m. m.* 666.

2. GYPSUM *uſuale.* *L. Syſt. nat.* 45. Penſilvania? Nova Scotia.
   Gypſum praeparatum *L. m. m.* 667.

3. TALCUM *Rubrica.* *L. Syſt. nat.* 57. Penſilvania.
   Rubrica fabrilis. *L. m. m.* 670.

4. TALCUM Smectis. *L. Syſt. nat.* 52.
   Talcum viride. *L. m. m.* 671.

5. TALCUM Nephriticus. *L. Syſt. nat.* 53. America. Linn.
   Lapis nephriticus. *L. m. m.* 671.

6. AMIANTUS Asbeſtus, et plumoſus. *L. Syſt. nat.* 55.
   Alumen plumoſum. *L. m. m.* 673.

7. MICA talcoſa?

8. SILEX cretaceus. *L. Syſt. nat.* 67.
   Silex combuſtus. *L. m. m.* 675.

9. NITRUM nativum. *L. Syſt. nat.* 84.
   Nitrum commune. *L. m. m.* 677.

10. NITRUM Cryſtallus montana. *L. Syſt. nat.* 84.
   Lapis Cryſtallus praeparata. *L. m. m.* 678.

11. NATRVM *fontanum*. *L. Syst. nat.* 89.
Sal Catharticum Anglicum — obtineri potest ab omni Aqua Marina. *L. m. m.* 680.

12. NATRVM *glaciale*. *L. Syst. nat.* 90. Nova Scotia.
Glacies Mariae. *L. m. m.* 681.

13. BORAX *Granatus*. *L. Syst. nat.* 96. In Saxis Pensylvaniae.
Granatus praeparatus. *L. m. m.* 684.

14. MVRIA *marina*. *L. Syst. nat.* 98. Mare.
Sal Commune. Spiritus acidus. dulcis. *L. m. m.* 685.

15. MVRIA *fontana*. *L. Syst. nat.* 98. Fontes salsi passim in regionibus Ameriae transmontanis.
Sal commune. *L. m. m.* 686.

16. ALVMEN *commune*. *L. Syst. nat.* 101. Passim in Saxis schistosis.
Alumen crudum. Vstum. *L. m. m.* 688.

17. VITRIOLVM *Martis*. *L. Syst. nat.* In pyritis et fodinis ferri.
Vitriolum Martis commune. Tartarus vitriolatus. Oleum. Spiritus. Colcothar. *L. m. m.* 691.

18. VITRIOLVM *plumbi* album.
Saccharum Saturni. (ex Calce plumbi et Aceto.). *L. m. m.* 694.

19. AMBRA *ambrosiaca* grisea. *L. Syst. nat.* 101. Mare Insular. Bahamens. Ambra grisea. *L. m. m.* 695.

20. BITVMEN *Petroleum*. *L. Syst. nat.* 109. Fontibus variis innatat.
Petreolum. S. Oleum Petrae. *L. m. m.* 698.

21. PYRITES *nativus*. *L. Syst. nat.* 113?
Sulphur vivum.

22. PYRI-

22. PYRITES *Ferri.* *L. Syst. nat.* 115. Frequens in variis partibus.
Sulphur Citrinum. Spiritus per Campanam. Hepar, Tinctura, Flores, Balsamum, Lac. *L. m. m.* 702.

23. ZINCVM *Calaminaris.* *L. Syst. nat.* 126. Pensylvania?
Lapis calaminaris. *L. m. m.* 711.

24. PLVMBVM *Galena.* *L. Syst. nat.* 133. Frequens per totam Americam.
Plumbum ustum. Lithargyr. Cerussa. Minium. *L. m. m.* 715.

25. FERRVM *selectum*, *Haematites*, *Magnes.* *L. Syst. nat.* 137. 140. --
Chalybs. Limatura. Crocus. Tinctura. *L. m. m.* 716.

26. CVPRVM *nativum.* *L. Syst. nat.* 143.
Aes. Vstum. Viride. *L. m. m.* 720.

27. ARGENTVM. *L. Syst. nat.* 148. Rarius adhuc.
Argentum foliatum. Lapis infernalis. *L. m. m.* 723.

28. AVRVM *nativum?*
Arsenicum, *Hydrargyrum*, *Stibium*, *Cobaltum*, *Molybdaenum* et *Stannum*, hucusque in America nondum detecta.

29. CALCVLVS *Margarita.* *L. Syst. nat.* 177. Testae Myae margaritiferae? in variis Pensylvaniae fluviis.
Margaritae. *L. m. m.* 729.

30. TARTARVS *Vini.* *L. Syst. nat.* 178. Dolia Vini.

31. PVMEX *Vulcani.* *L. Syst. nat.* 181. Indiae occidentalis insulae.
Lapis Pumex. *L. m. m.* 732.

32. OCH-

32. OCHRA *ferri*. *L. Syst. nat.* 192. In Acidulis variis et paludibus.
Ochra nativa. *L. m. m.* 734.

33. OCHRA *Aeris*. *L. Syst. nat.* 192. *Couperos.* Ad fodinas Cupri et alia loca frequens.
Viride montanum. *L. m. m.* 735.

34. ARGILLAE *variae* —

35. CALX *Creta*. *L. Syst. nat.* 206?

36. CALX *Gur*. *L. Syst. nat.* 207. In fissuris rupium. Marmor.
Lac lunae. *L. m. m.* 741.

37. HVMVS damascena. *L. Syst. nat.* 211.

